









1673.

1. Rachelius, Samuel : *De jure arbitrii in genere.*
2. Ruyterus, Samuel : *De expugnationibus.*
3. Westerhoff, Magnus : *De Hispania.*

1674

1. Martinus, Nicolaus : *De successione principum, aliammoq.  
personarum illustrium pacifia et anomala, qual  
est per emphatitatem.*
2. Martinus, Nicolaus : *De praecidicis.*
3. Rachelius, Samuel : *De revisionibus.*

1675.

1. Fuchs, Johannes : *De solennibus appellacionis tracta-  
bus. Res. 1705.*
2. Martinus, Nicolaus : *De rege temporario*
3. <sup>1<sup>st</sup></sup> Rachelius, Samuel : *De caputlatione regni Germanici*  
*2. Sculp. 1675-1725*

1675

4. Pachelius, Samuel: *De jurisprudentia*.  
5. Schultze, Bentzus: *De jure retractus tuncor-  
sen gentilisticis.*

1677.

1. Kuehnenius; David: *De beneficio competencies  
Ree. 1695*  
2. Martinus, Nicolaus: *Deces controversiarum Paris  
particularium.*  
3. Schultze, Bentzus: *De condicione in debiti.*

LIBERARBITRIALIO  
IN GENERE,  
S. C. M. A.  
PARTE  
SAMUEL RACHELIO, IUD.  
In Nauze & Denau in Blauth Hoff  
torum Academis. P. P.  
Examens publice exhibet  
CHRISTIANUS von OETTERY  
Moffanis.  
RESPONDENS  
d. 26. Febr.  
In Auditorio Majori.



Lindt Joesch  
Halle 1750

- 115  
1. *Chamaesaura* *telegyna*  
2. *Thryallis* *bullockii* - 7 years old  
3. *Sceloporus* *merriami*
- 116  
1. *Habenaria* *lindleyana* *competitionis*  
2. *Ranunculus* *acris*,  
3. *Milium effusum*: two individuals from  
particulars
- 117  
1. *Liatris ligulistylis* *var. ligulistylis*

*2* DISPUTATIO JURIDICA  
De  
**REVISIONIBUS,**

*Quam,*

DEO CLEMENTIER ANNUENTE,  
In Perillustri ACADEMIA PATRIA,

P RÆ S I D E

*Viro Nobilissimo, Consultissimo  
& Amplissimo,*

Dn. SAMUELE RACHELIO,  
J<sup>C</sup>to famigeratissimo, nec non Juris Natu-  
rae & Gentium Professore celeberrimo,

*Publico eruditorum examini submittit*

**FRIDERICUS ADOLPHUS**  
HANSEN, Slesvicensis,  
AUTOR.



*Ad diem 3. Junii, horis matutinis, In Auditorio Instituti  
KILONI,*  
Imprimebat Joa. h. Reuman. Acad. Typogr.  
Anno cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c LXXIV.

SUMME REVERENDO, PER IL  
LUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO  
DOMINO,

DN. JOHANNI ADOL  
PHO KIELMANN  
A  
KIELMANSECK.

SATRUPHOLMII, OPDORFII, CRONSHAGE  
ET BUNDSBULLI DOMINO HEREDITARIO,  
COLLEGII CANONICORUM APUD HAM-  
BURGENSES PRÆPOSITO,  
SERENISSIMI CIMBRORUM ET  
HOLSATORUM DUCIS REGNANTIS  
CONSILIARIO PRIMARIO,  
AULÆ CANCELLARIO,  
REGIMINIS ET CAMERÆ PRÆSIDI,  
PRÆFECTO IN REINBECK, TRITTAU, &  
MORKIRCHEN,  
DOMINO AC MÆCENATI

SUO MAXIMO,

Felicitatem & longævam vitam!

N On solum mea me modestia  
monuit, ut tenuitatem ingenii  
suo pede ac modulo metirer,  
sed etiam penè absterruit, ne  
magnum KIELMANNI Nomen exi-  
guæ huic opellæ præmitterem. Rece-  
pi tamen animum, eumq; benè omni-  
natâ spe confirmavi, saltem ex argu-  
menti dignitate conatus meos aliquam  
sive commendationem sive excusatio-  
nem mutuari posse. Utramq; sive al-  
terutram, si obtinuero, magni hoc Fa-  
voris erit argumentum, studiorum ad  
maturitatem adspicantium grande  
præsidium, & incerta spe fortunam  
non ambitiosè quærentis solatium.  
Accipe ergo, PERILLUSIRIS DO-  
MINE, benignâ fronte has pagellas,  
atque æquo animo patere, ut quanta  
TUI Nominis est dignitas, tanta E-  
JUS

D  
S  
E

JUS apud me sit veneratio: &, cui  
nefas visum est, spem parentum vel  
propinquorum fraudare; studiorum  
Academicorum specimen Summo no-  
strūm omnium Patrono, & honorum  
Diribitori benevolentissimo, cum nexu  
perennaturi obsequii, eidem consecra-  
re fas sit.

PERILLUSTRIS EXCELL<sup>a</sup>  
VESTRÆ

Dabam Kilonii d. 3. Junii  
Anno 1674.

*devotissimus cliens*

Fridericus Adolphus Hansen.

I. N. D.

## PRO O Q E M I U M .

Elix quidem vitæ felicitas, qua vetustissimi mortalium nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere, eðq; sine poena aut coercitionibus agebant, ubi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur: at tamen cum gliscente hominum malitia, exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incedebat, ex malis moribus bonas natas esse Leges, in malis fuit solatium. Quemadmodum vero in Medicina multa existunt medicamenta, quæ ita miscere, ut præsenti convenient morbo, artis censetur, cum multæ herbæ antequam sciretur, quomodo ad usum essent præparandæ, venenum fuere: ita simile circa Legum interpretationem obvenire, affatim ingenuo J Cto constat. Quia autem istæ Leges, humanæ tanquam societatis vincula, pro conservatione justitiae, communiq; civium utilitate, ad arcendam injuriam, litesq; sopiaendas sunt constitutæ, potissimum suum robur & vim in Judiciis exserunt; verum cum ex effato politissimi Philosophi nuda tantum sint corpora, quæ vitam & intelligentiam à directore suo mutuari debent, & ipsæ se met explicare nequeant, merito spectati candoris Judices, Legum & justitiae ministri, quorum religioni ea exponendæ committuntur, quorum since-

A

ritati

D  
S.  
E

ritati præcipua hæc gubernandi instrumenta concreduntur, quorum denique dexteritate litigantium, *Actoris* scilicet & *Rei*, causa ex voto dirimantur, sunt denominandi. Et licet in hisce optimè constitutis judicibus omnis sanè sinistra gravandi præsumptio cessare debeat, cum minimè credendum, eos, quos Princeps ob singularem industriam & pietatem, exploratā eorum fide ac gravitate, ad istius officii magnitudinē adhibuit, aliter pro sapientia, & dignitatis suæ luce esse judicatores, quam ipse foret judicatus, arg. *I. un. ff. de Offic. Pref. Prætor.* tamen cum teste Bender. de *Revis. actor. in proœm. n. 13.* & Blum. in *proœf. Camer. tit. ult. n. 2.* divinum potius sit quam humanum omnibus horis æque sapere, justum ab injusto discernere, nec unquam ad dextram vel sinistram declinare, evenire nonnunquam solet, ut isti, licet justitiæ Sacerdotes, ejusdemq; strenui cultores audiant, interdum, vel diversis Dd. opinionibus, frequenter etiam facti errore, decepti, à vero aberrent scopo, idcirco, cum nullatenus publicè prosit singulis legum denegari adminicula, *I. un. C. de Sentent. Pref. Prætor.* saluberrima quedam, ad quæ læsi (nequitia enim hominum nihil indulgemus) tanquam ad sacram possint confugere anchoram, introducta sunt remedia. Cum verò modus cujuscunque rei agendæ in justo consistat ordine, quo prætermisso, nihil rite peragi queat, & illum jam observare erit necessum. Dispescere itaque hæc remedia, quæ proœmii loco imis quasi labiis delibare sustinui, lubet, quod alia inducant effectum devolutivum, alia etiam suspensivum, alia utrumque: suspenditur vero vel causa, vel executio: ad quam autem classem quodvis remedium sit redigendum, ex lectio ne sequentium satis innotescit.

S. I. APPELLANDI. IUSLIS quam sit frequens, quamq; necessarius, nemo est, inquit Legislatorum Coriphæus Ulpianus,

nus, in l. i. ff. de Appellat. qui nesciat; est autem Appellatio provocatio ad superiorem judicem, ut sententiam tanquam iniquam ab inferiore judge latam corrigat, & in melius reformat. Jure Justinianeo quidem à sententia definitivâ tantum regulariter interponitur, si tamen inter locutoria vim definitivam habeat, aut damnum contineat irreparabile, licet appellatur. Multiplices ejus effectus hic recensere nostri instituti non est, notasse sufficit eam modò devolutivum, modò suspensivum, modò utrumque inducere effectum, vid. t. t. ff. & C. de Appellat. & text. paral. & qui integros hac de materia scripsierunt tractatus,

Sigismund. Scacciam. Nicol. Boen.

Mich. Kletzelium, Joh. Cef. Ruginellum, de Appellationibus.  
Christoph. Besoldum, Petr. Georg. Tholosanū,  
Pet. Corn. Brederodiu, Joh. Ferrar. Montanū,

jung. qui parsim hanc materiam exponunt, C. J. A. tit. de Appellat. Nicol. Vigel. M. J. C. part. 1. lib. 2. cap. 27. p. m. 211. seqq. M. J. R. lib. 2. cap. 17. p. m. 425. seqq. Harpr. processi. judic. diff. 6. c. 1. 2. 3. seqq. Vincent. Carocc. de Remed. contr. sentent. prejudic. Exc. 44. & interpretes ad hunc titulum ff. passim,

Saxonicum jus, non attento Civili & Camerali jure, jus Canonicum imitatur, & à quounque gravamine appellatio nem admittit, Berlich. part. 1. concl. so. n. 45. seqq. Coler. p. 2. decis. 269. n. 2. Wesenbec. ad tit. ff. de Appellat. n. 8. Carp. defin. for. p. 1. c. 12. def. 10. n. ult. & c. 20. d. 12. per tot. Brunnem. P. J. civil. c. 28. n. 6. Exceptionem vid. ap. pralaudatum Dn. Berlich. all. loc. n. 47. Eckolt. ad tit. ff. de Appellat. n. 9.

Ob eminentiam & autoritatem Cameræ sententiae ibi latæ non possunt per appellationis beneficium impugnari, R. I. de anno 1530. §. Dieweilnum. 76. Ordin. Camer. p. 1. t. 51, si tamen aliquis litigantium per sententiam in alio judicio latam

se gravatum credat, tunc in recipiendis appellatio[n]ibus, modo legitimè interponantur, nec juri communi, Sanctionibus Imperii, aut privilegiis Statuum aduersentur, Camera haud se difficulter præbet, O.C. & R.I. passim, vid. Gail. lib. i. Obs. 119. seqq. & 144. Blüm. in Process. Camer. a tit. 43. ad ss. Petr. Denais. in Jus Camer. tit. 24. seqq. Schwanmann. in Observ. Camer. Obs. 174. seqq. & in process. Camer. lib. i. 2. passim. Rosbach. process. Civil. tit. 73. Mynsinger. in Obs. Cam. cent. i. obs. 13. 6. 7. 14. 21. & alii.

§. II. PROVOCATIONIS vox cum sit æquivoca, ita ut tam genericè, quām specificè sumi possit, haud raro cum appellatione promiscuè accipitur. l. 40. §. i. ff. de Paet. l. i. §. i. l. ult. §. ult. ff. l. 17. l. 30. C. de Appellat. Rubr. C. quand. provoc. non est necess. &c. Specificè tamen sumpta denotat tantum appellationem extrajudicialem, c. cum sit Romana s. X. de Appellat. & est actus per quem auxilium judicis extra ordinem, propter gravamen quod citra sententiam etiam imminet, imploramus, locumq; habet in omni casu, quo judicem adire, ejusdemq; officium pro illatis gravaminibus implorare conceditur, quā interposita condemnationis extinguitur pronuntiatione, l. i. §. f. ff. ad Sct. Turpill. vid. Sigism. Scacc. tr. de Appellat. q. i. n. 9. seqq. Marant. in spec. aur. tit. de Appellat. n. 6. Bicc. in C. I. A. E. tit. de Appellat. n. 1. Thilemann. de Benign. in decis. Relat. Syntagm. 3. decad. 2. vot. 7. n. 97. & decis. Cam. Imper. Syntagm. 4. decad. 3. vot. 6. n. 3.

§. III. Quia ob excellentiam & autoritatem quorundam judicium ab illorum pronuntiatis provocare prohibitu, l. un. ff. de Offic. Præt. l. un. C. de Sentent. pref. prætor. l. s. & auth. que supplicatio C. de precib. Imper. offer. & textus plurimi, in favorem laeſe partis introductum est SUPPLICATIONIS medium, dd. text. Est autem Supplicatio imploratio judicis adversus sententiam, ut revisis actis propter errorem in facto

com-

8  
1693

commissum, illa in melius reformatetur. Debet enim, qui hoc  
remedio uti desiderat, non de errore juris conqueri, cum non  
præsumantur errare, qui maximum Legibus patrocinium vo-  
lunt præstare, *c. licet Romanus 1. de Confit. in 6to. l. 19. C. de Te-  
flam.* sed allegare errorem facti, ob quem error juris secutus,  
*arg. l. 17. ff. de Minor.* Prior autem lata sententia non aliter  
executioni mandabitur, quam si viatrix pars oblata intra de-  
cem dies supplicatione, dignam præbuerit fidejussionem tan-  
tum restituendi cum legitimis augmentis, quantum fuerit in  
condemnatione, si legitimā retractatione sententia refolva-  
tur: si vero post decem dies supplicatio porrigatur, executio  
causæ sine fidejussione procedet, *d. auth. & Nov. 19. cap. 5. vid.  
Harp. process. judic. disput. 6. cap. 8. Mindan. de Process. lib. 1. cap.  
23. 4. Rebuff. in spec. tract. de Supplicat. Rosbach. proc. civ. tit. 76.  
Marant. in spec. aur. p. 6. tit. de Appellat. n. 12. seqq. Sigism. Scacc.  
2r. de Appellat. q. 19. Remed. 3. Bocer. Cl. 6. Disp. 35. Th. 64. C. I. A.  
tit. de Appell. Th. 17.*

In foro Saxonico, quoniam gravatus ordinaria via pro-  
cedere potest, per ordin. judic. Appellat. gloriissimus Saxo-  
niae Elector Christianus II. sub tit. von der Supplication und  
Revision / & illustrissimus Elector Johan. Georg. in sua Pro-  
cess und Gerichts-Ordnung / cap. von der Supplication und Re-  
vision 37. remedium supplicationis sustulerunt. *Vid. Berlich. p.  
1. concl. 60. n. 25. seqq. Heig. part. 1. q. 10. n. 52. Knich. de jur. & pri-  
vil. Duc. Saxon. in ub. jus. cap. 4. Dan. Moller. lib. 1. Semestr. c. 3. 8.  
Quamvis Carpzov. prædicta tantum ad illud jus quod in Sa-  
xoniae Electoratu obtinet, restringat, *vid. ejus process. jur. tit.  
17. art. 1. §. 2. n. 16. seqq.**

A sententiis quoque in Camera lati, licet appellatio, uti  
*ex §. 1. apparel, locum habeat nullum, non tamen sustinetur  
Supplicatio, sed omnino prohibetur, Ord. Camer. p. 3. t. 51. Ma-  
genhoef. ad d. t. Bocer. Cl. 6. Disp. 35. n. 67.*

**301** §. IV. Supplicationi adsine est beneficium RECLAMATIONIS. Est autem Reclamatio terminus generalis, & ad eas tantum causas, de quibus de jure non appellatur, referatur, sic ut tanquam genus sub se contineat species has, & Supplicationem & Reductionem. *Bicc. in C. I. A. E. tit. de Appellat.* n. 13. *Marant. all. loc. n. 11. Francisc. Personal. in tr. de Indic.* ac *Tortur. q. 12. n. 24. seqq. Menoch. de A. I. Q. lib. 1. q. 70. n. 23.*

§. V. Est verò REDUCTIO pravi arbitrii ab'arbitrato-  
re lati ad arbitrium boni viri redactio; & tunc demum lo-  
cum habet, si partes ARBITRATORUM pronuntiatis starc-  
nolunt, l. 70. ff. pro Soc. ibig. Dd. Nam aliàs ARBITRORUM  
laudo, non propter autoritatem sententia, sed ex conventio-  
ne & compromisso, vel etiam poenæ in compromisso adje-  
cta, standum est, l. 11. §. 2. l. 27. §. 2. ff. de Recept. qui l. 40. C. de  
Transact. & nulla conceditur appellatio l. 1. C. de Recept.  
Arbitr. l. 32. §. 14. ff. cod. l. ult. ff. famil. hercsc. imputet e-  
nim sibi qui in tales arbitros compromisit, l. 27. §. 2. ff. de Re-  
cept. qui l. 70. ff. pro Soc. Prædicta tamen limitantur, si enor-  
missima, evidens, & notoria appareat læsio & iniquitas, tunc  
eaim gravato succurritur, d. l. 32. §. 14. ff. de Recept. l. 3. C. cod.  
arg. l. 36. de V. O. & l. 3. C. de donat. antenupt. Idq; tam in foro  
Saxonico, quàm in judicio Cameræ secundum modum præ-  
dictum obtinere, ex subsequentibus Dd. & Imperii Sanctio-  
nibus, quarum brevitatis studio unam tantum inmedium  
adduco, nempe R. I. de anno 1594. §. so wollen und ordnen  
wir. 65. verb. es sen dann daß sich die Parthenen de enor-  
missima læsione bellogen würde/evincitur. Si verò ARBITRI  
DATI sunt A JUDICE, & ex necessitate juris recepti, tunc  
non magis ab illo um arbitrio, quàm ab ipsorum judicum  
sententia læso appellare est prohibitum, & ita intellige l. 9. 10.  
pr. ff. qui satisd. cog. jung. l. 23. pr. ff. de Appellat. l. ult. C. dejudici-

Num

8

Num autem petita reductione suspendi debeat executio, vid.  
Marant. all. loc. n. 122, ibi q. Dd. Plura ad hanc materiam spe-  
tantia vid. apud Lanfrancum d. Oriano in integro tractatu de  
Arbitr. & Compromiss. Marc. Anton. Baptif. de S. Blasio tr. de  
Arbitr. Blancum de Compromiss. faciend. &c. Camillum Borelliūm  
de Compromiss. Nicol. Vigel. M. I. C. p. m. 255. seqq. Sigismund. Scac-  
ciam tract. de judic. lib. 2. cap. 2. & de Appellat. q. 17. limit. 13. Vin-  
cent. Carocc. de Remed. contr. sentent. præjudic. Except. 82.94. n.  
5. seqq. Except. 125. n. 100. seqq. Harpr. process. judic. Disp. 6. cap. 10.  
Marant. all. loc. n. 122. seqq. Mantic. de Tacit. & ambig. convent.  
lib. 6. tit. 14. Rulant de Commiss. & Commission. p. 3. l. 9. c. 3. & p. 4.  
l. 8. c. 2. Carpzovium Jurispr. forens. p. 1. c. 1. d. 13. 15. 16. c. 3. d. 19.  
c. 9. d. 20. 21. 22. & in proc. jur. passim. Berlich. p. 1. concl. 4. & concl.  
50. n. 15. Rosbach. process. civil. tit. 6. Gail. lib. 1. O. 149. 150. Mynsing.  
cent. 4. observ. 68. Frider. Hiltropff. process. judic. p. 1. t. 9. Jacob.  
Blum. in process. Camer. p. 1. t. 9. Frider. Fabric. in Corp. jur. Camer.  
tit. 18. & 84. Anonymus quidam in Respons. Cameral. Respons. ss.

§. VI. Laudatur etiam à nonnullis RETRACTATIONIS  
remedium, quod singularis æquitas fortè commendet. Est  
autem secundūm Calvinum retractare, quod omiseris re-  
petere, mutare, renovare, & cognoscere, & regulariter tunc,  
quando æquitatis ratio id svadet, permittitur, l. 19. pr. ff. l. 6. C.  
de Captiv. & postlim. revers. hinc in præjudicium juris alteri  
legitimè quæstī, locum habet nullum, l. 16. §. 1. l. 24. pr. ff. Rem-  
rat. haber. l. 31. ff. de donat. l. 1. ff. de irin. ac tuq. priv. Jung. Dd.  
qui de hac materia uberioris differunt, C. I. A. tit. de Rejudic. 6.  
113. 114. seqq. Aug. Barbos in Jurispr. Thesaur. lib. 10. c. 55. Cardin.  
Tuscb. Concl. Pract. concl. 308. 309. Berlich. p. 3. concl. 30. num. 37.  
Hartm. Pistor. lib. 3. q. 24. Jason in l. 15. ff. de Usucap. n. 151. sub fine.  
Alexand. Consil. 78. n. 41. vol. 5. & consil. 223. n. 3. volum. 6. Plin.  
lib. 5. Epistol. 6.

## §. VII.

D  
S.  
LE

**S. VII.** Non desunt qui ob vulgatum illud, PROTESTATIO CONSERVAT JUS PROTESTANTIS, l. 34. ff.  
de Negot. gest. ibiꝝ Gothafr. junct. text. paralel. firmissimè sibi  
persuadent, nuda protestatione sententiam suspendi, nec vi-  
res induere rei judicata: verùm licet prædicta regula præpri-  
mis in actibus merè voluntariis, & à sola protestantis arbitrio  
dependentibus, l. 4. S. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 20.  
S. 1. de A. H. ibiꝝ Brunnemann. n. 6. & 2. in tali quoque facto  
non quidem in solo protestantis arbitrio consistente, consen-  
sus tam en alterius partis confirmato, l. fin. pr. ff. *Naut. Caupon.*  
*Stabul.* ibiꝝ Brunnemann. n. 2. 3. locum sibi vendicare queat;  
hoc tamen casu, quia protestatio ista non super eo, quod à par-  
tium arbitrio, sed legis determinatione dependet, interponi-  
tur, frustratoria erit censenda, & nihil omnino relevat. Præ-  
dicta tamen vera sunt, si quis judicis copiam habere queat, se-  
cus verò, licet protestatur, illaqꝫ effectum inducit suspensi-  
vum, Berlich. part. 1. concl. 49. n. ult. ibiꝝ Dd. add. Sigism. Sac-  
ciam tr. de Appellat. q. 14. n. 15. vers. nec sufficit.

Hanc protestationis materiam plenè tractant Constantius  
Roggerius, Martinus de Ve, & Joh. de Agusellis in uno volumine  
excusi Colon. Agrippine anno 1589. add. Augustin. Barbo lib. 14.  
c. 103. Cardin. Tusch. tom. 6. practic. concl. 938. voce Protestatio,  
Carpzov. in defin. forens. p. 1. c. 11. def. 14. con. 19. d. 22. & in pro-  
cess. jur. tit. 17. art. 1. Ruding. cent. 4. obs. 15. Frid. Fabric. in C.  
l. C. tit. 47. Rosbach. process. Civil. tit. 35.

**S. VIII.** Cum durum & pericolosum sit sub judice litigare suspecto, cap. cum inter s. X. de Except. c. quod suspecti ss.  
c. 3. q. s. cap. accusatores 2. ibid. c. secundò requiris 41. X. de Ap-  
pellat. & sine omni suspicione lites procedere debeant, l. 47.  
ff. l. 10. C. de jud. æquitatis & justitiae ratio, causam à suspecto  
haud definiendam esse judice dictitat: saluberrimè itaque à  
Justinia

Justiniano RECLUSATIONIS introductum est beneficium,  
quo cautum, ut quicunque judicem ex prægnanti quadam  
causa, puta, propter inimicitiam, l.9. pr. ff. de liber. caus. c. ac-  
cusatores 2. c. 3. q. 5. amicitiam, cap. insinuante 25. X. de Offic. &  
potest. judic. deleg. cap. accedens 4. ut lite non contest. cap. postre-  
mò 36. X. de Appellat. magnitudinem causæ, l.32. §. 7. ff. de Recept.  
qui arbitr. l. ult. C. ubi caus. stat. ag. deb. & similes, de quibus  
Dd. passim, (ita enim Ummius in process. jūdic. dissert. i. n. 54.  
viginti quatuor, Philipp. Franc. ad c. postremo 36. & cap. pas-  
toralis 53. X. de Appellat. n. 20. seqq. & Mai ant. all. l. n. 24. quadra-  
ginta Lancellottus in tr. de offic. Præt. in caus. Civilib. sub tit.  
de Except. n. 10. seqq. quinquaginta, Bertachin, à Fulv. Pacian.  
in eleg. antissimo de Probat. tract. lib. 2. cap. 45. n. 50. allegatus,  
quinquaginta quinque, Stephan. Aufrerius, in nobilissimo de  
Recusationibus tractatu, nonaginta tres recusationis causas re-  
censent, quas tamen omnes ad duplēm fontem revocare  
conatur Carpz. in process. jur. tit. 3. artic. 4. n. 96.) velit recusa-  
re, exceptionem hanc seu dilatoriam, ante L. C., l. fin. C. de  
Except. l. 52. ff. de Judic. l. 4. C. de Jurisd. omn. judic. imo ante  
aliarum exceptionum objectionem, nisi de novo recusatio-  
nis quadam supervenerit causa, cap. insinuante 25. X. de Offic.  
& potest. jud. deleg. l. 32. §. 14. ff. de Recept. qui arbitr. alleget;  
quo legitimè facto cognitioni causæ judex super sedere tene-  
tur, cap. secundò requiri. X. de Appellat. secus si fecerit, ob su-  
spensam & dormitatem Jurisdictionem, processus ipso ju-  
re, citra appellationis remedium, erit nullus, arg. l. un. C. si  
quacunq. predit. potest. Vant. tratt. de Nullit. tit. de defec.  
Jurisd. ordinar. n. 140. & Dd. infra citati. De Recusationis  
materia nobilissimum tractatum edidit Stephanus Aufrerius  
in 8. jung. M. Nepotem in tractat. de Except. Reor. tit. 3. qui est  
de Exceptionibus contra judices, Nicol. Vigel. M. I. C. p. r. l. 2. c. II.

p. m. 154. M. I. R. l. 2. c. 7. p. m. 260. 261. Schneiderwin. in §. 1. Instit.  
de Action. n. 26. seqq. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 2. cap. 45. quisfa-  
nè egregius est. Cujac. lib. 9. obseru. 23. Ruland. d. Commissar. &  
Commission. p. 1. l. 2. c. 15. Lancellott. de Attentat. p. 2. c. 6. Donell.  
lib. 17. c. 25. Sigism. Scacciam de judic. lib. 1. c. 66. n. 13. 14. seqq.  
c. 101. n. 7. 8. seqq. Vincent. Carocc. de Remed. contr. sentent. pre-  
judic. Exc. 120. Andr. Gail. lib. 1. obsf. 33. add. Græv. p. 1. concl. 33. &  
Frider. Fabr. in Repetit. Gail. lib. 1. obseru. 33. Mynsing. cent. 3. O.  
63. & centur. 4. obsf. 59. Brunnemann. ad l. 16. seq. C. de Jud. & in  
P. I. C. cap. 7. n. 16. seqq. Zanger. de Except. p. 2. cap. 4. Marant.  
in spec. aur. all. loc. à n. 24. ad 77. Knich. de jur. Saxon. privil.  
verb. privilegium. c. 2. Rosbach. process. Civil. tit. 6. Frider. Fa-  
bric. in C. I. C. tit. 16. Schwanmann. in differ. jur. Civil. & Ca-  
mer. differ. 43.

§. IX. Ut litigantes idoneum habeant spatium quo se  
ad judicium præparare possunt, indulta est DILATIO, quæ  
nihil aliud est, quam rei in judicio agendæ, ad alium diem vel  
terminum diffissio, l. 2. §. 3. ff. si quis caut. l. 36. ff. de jud. & licet  
propter l. 7. ff. de Fer. & Dilat. Dd. quidam velint, illam toties  
quoties inopinatum quid emergit, concedendam esse, regu-  
lariter tamen in causis Civilibus una tantum, in Capitalibus  
verò actori duæ, reo verò tres, causa utrimque cognita, dari  
possunt, l. ult. d. t. l. 2. C. ut intra cert. temp. quarta verò non  
aliter, nisi præstis juris solennitatibus, impetratur, auth. at  
qui semel. C. de Probat. Nov. 90. cap. 4. cap. in causis 15. cap. signi-  
ficarunt 36. cap. pen. X. de Testib. Pendente autem dilatione ju-  
dicis officium conquiescit, l. 3. C. de Dilat. De jure Saxonico  
idem quoque esse receptum, nisi quod juramenti præstatio  
tertiam etiam perenti dilationem incumbat, ex Ordin. pro-  
cess. judic. tit. 20. S. wir lassen aber auch / praxis & observan-  
tia docet. Vigore Ordinationis Cameræ p. 3. tit. 16. §. was  
aber.

aber 6. non tantum prædictæ quatuor dilationes, verum etiam singularum quoq; dilationum prorogatio conceditur: quoniam autem dilationum materia amputanda, l. 2. pr. C. de temporal. appellat. per R.D. de anno 1600. §. Ob wol in unse 145. quartæ prorogatio tantum peti debet. Et hoc per R. I.N. de anno 1654. S. Den punctum probationum betreffend/ so. non tantum legitur confirmatum, sed & tertia non aliter nisi adhibitis iis juris solennitatibus, quæ in concessione olim quartæ requirebantur, indulgetur, d. §. so. Num autem ex verbo hujus §. (de praxi enim & observantia Cameræ disputare erubesco,) secundum intentionem & mentem Dn. Jacob. Blumii in process. Cameral. tit. 73. n. 59. Guilielm. Roding. in Pandect. Cameral. lib. 3. t. 27. infin. Joh. Brunnemann. ad l. 7. ff. de Fer. & Dilat. n. fin. quorum scripta alias summa veneratio prosequor, abrogatio quartæ dilationis simpliciter facta colligi possit, quod haud affirmare ausim, doctiorum arbitrio relinquo. De dilationum materia confer. Ruland. de Commiss. & Commission. p. 1. l. 2. c. 7. 8. 9. 10. Sigismund. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 3. & 4. Harprecht. process. judic. disp. 2. c. 6. Bocer. Cl. c. Disp. 15. Donell. lib. 24. c. 6. ibid. Hilliger. Nicol. Vigel. M. I. C. p. m. 152. seqq. M. I. R. p. m. 256. seqq. Carpzov. process. jur. tit. 13. artic. 1. n. 156. seqq. Fulv. Pacian. de Probat. lib. 1. c. 32. n. 28. seqq. Petr. Denais. in ius Cameral. tit. 123. Ruding. cent. 2. obseruat. 32. Schwanmann. process. Cameral. lib. 1. c. 46. n. 38. seqq. Guilielm. Roding. all. loc. jung. tit. 15. & tit. 27. inf.

S. X. Etsi negotiorum merita partium adsertione panduntur, l. fin. C. si per vim vel al. mod. tamen judicantem ordinem rerum plena inquisitione discutere, & cuncta rimari oportet, l. 9. C. de judic. cap. judicantem II. c. 30. q. s. si itaque multijugæ & sinuosæ quæstionis incidat disceptatio, multaq; & anxia cura, & circumspiciencia indigens, ne in re tanti mo-

mēti offendat, Relationē p̄missa superioris consulat scientiam & mansuetudinem, l. 1. & t. t. C. de Relat. l. 9. C. de ju-  
dic. l. 2. C. de Offic. Vicar. Nov. 82. c. 14. Nov. 113. c. 1. Nov. 115.  
c. 1. Est autem RELATIO causæ dubiaæ ab inferiore ad su-  
periorem remissio, ut is pro sua prudentia, quid in proposito  
casu fieri velit, rescribat, Perez. ad tit. de Relat. n. 1. Quoniam  
verò permultum utriusque litigatori interest relationem re-  
ctè formari, judex quotiescumque se ad Imperialem tranqui-  
litudinem relaturum pollicetur, Consultationis sive Relationis  
exemplum illicò edi apud acta jubeat; ut si cui relatio minus  
plena, vel contraria videatur, is refutatorias preces apud acta  
offerat, quas judex actis relationisq; serie adjuncta, superio-  
ri transmittere, ejusve rescriptum, quod finem negotio im-  
ponit, exspectare cogitur, d. l. 1. l. ult. C. h. t. Et quod hoc tam  
in causa Civili quām Criminali obtineat, modo tamen in-  
puncto juris altioris fortè indaginis dubium existat, ex citato  
textu junct. l. 2. C. d. t. evincitur. Transmissa autem relatio-  
ne judex officio suo supersedere cogitur, l. r. C. de Relat. l. 13. C.  
de Appellat. & passim. Jure Novissimo verò constitutum, quod  
causa perfectè examinata, judex proprio Marte quod sibi ju-  
stum legitimumq; videtur decernere, & si partes cessaverint,  
executioni sententiam demandare debeat, Novell. 125. c. un.  
Auth. Novo jure C. de Relat. Quod tamen de jure Canonico,  
per c. intimasti 68. X. de Appellat. & de moribus, tum Cameræ,  
tum aliorum locorum, predictus relationum usus in suo ad-  
huc sit vigore affirmare nihil dubito.

Videatur Marant. all. loc. n. 7. seqq. Sigismund. Scacc. de  
Appellat. q. 10. limit. 1. n. 30. seqq. Harpr. process. judic. disp. s. 6.  
s. 8. Vigel. M. I. C. lib. 2. c. 26. Gudel. de jur. novissim. lib. 4. c. 12.  
Frider. Hiltropff. process. judic. part. 3. tit. 31. Magenhorst. in-  
gent. obseruat. obs. 20.

S. XL

8

§. XI. Relationi similis est CONSULTATIO, cum Imperator, Proconsul, Praeses, vel Jurisperitus, Magistratui, aut Procuratori consulenti, & de jure dubitanti respondent, l. 11. §. 2. ff. de Minor. l. 11. de Decur. l. 6. §. 2. de Offic. Procons. l. 69. §. 1. de judic. l. 48. de jur. ff. 6. jung. textus quosdam in §. praecedenti citatos. Quoniam vero Consultatio & Relatio non tantum promiscue in jure sumuntur, verum etiam in multis inter se convenienti, differentias tamen harum requisituro non denegabo. Observa tamen utiliter, quod si quis acta ventilata ad Camerales judices transmittat, ut secundum ea sententiam concipient & remittant, illos talia- haud acceptare, Judices enim, non Consultores esse debent, Ord. Camer. p. 1. t. 13. §. Die Besitzer sollen. 4.

Inspiciatur de Consultationis materia Donell. lib. 28. c. 7. Brunnemann. in P. J. C. cap. 27. n. 5. seqq. & cap. 25. n. 8. 9. C. I. A. tit. de Appellat. n. ult. Mynsing. centur. s. obs. 2. Hiltropff. process. iudic. part 3. tit. 32. Evolve quoque Dd. qui de Transmissione Actorum scripserunt, quorum in numero habetur Henricus Rennemann. qui totam illam materiam excutit, ubi quidem labentem Schraderum excusat, Berlichium autem graviter perstringit. Plures de hac materia Scriptores facili negotio adderem, nisi id pagellarum angustia prohiberet.

§. XII. Inter nobiliora juris remedia suspensiva merito & omnino refertur RESTITUTIO IN INTEGRUM, quæ estremedium extraordinarium, per quod contra sententiam laesii succurritur, l. 10. ff. de Minor. l. 7. ff. de in integr. restit. Quemadmodum vero Restitutio petitur propter laisionem iniuste factam; ita ejus, à quo illa petitur, officium est, cognoscere causas, propter quas forte quis iniuste laesii censi posse: quæ vel sunt speciales, vel generali æquitatis periodo complexæ sunt. l. 1. ff. ex quib. cauf. maj. l. 3. ff. de restitut. in int.

Postulata autem restitutione omnia in suo statu esse debere,  
donec res finiatur perspicui juris est, *l. un. C. in integr. restit.*  
*postul. ne quid nov. fiat.* vis enim petitæ restitutionis est, ut  
negotii vires suspendat, *l. 32. C. de Transact. l. 21. ff. de autor. &*  
*cōsens. tut. vel curat.* Quamvis autem nonnulli contra hæc  
a xiè quædam disputent, *veluti Carpzovius lib. 2. Respons. tit.*  
*9. Respons. 94. & Process. jur. tit. 19. artic. 4. S. 3. inq. definit forens.*  
*p. 1. c. 26. d. 22.* Itē Matth. Cöler in process. executiv. p. 4. c. 1. n. 170.  
*c. 2. n. 34. 35. & alii,* quorum sententia in jure Canonico per ca-  
pit. suscitata *6. X. de Restit. in integr.* comprobata quodammodo  
videtur; Camera tamen hoc jure utitur, ut petitio Resti-  
tutionis executionem per se, modo non calumniosè, malitio-  
sè, nec ex causis jam antea in judicio propositis & deductis,  
aut altiā irrelvantibus petatur, suspendat. *Ord. Cam. part. 3.*  
*tit. 52.*

De hac Restitutionis in integrum materia ex aſſe ſcrip-  
runt *Johann. Maurittus, Francisc. de Caldas, Sforz. Odd. & Ro-*  
*bert. Lancellott.* qui jam olim uno volumine Francofurti ſunt ex-  
cusi: edidit quoque elegantem tractatum de Restit. in integr. in-  
dulta minoribus, & his, qui in jure Civili illis equiparantur, Ca-  
ſpar. Manzius. jung. Nicol. Vigel. in *M. I. C. lib. 25. c. 1. M. I. R. lib.*  
*5. c. 13. Marant. all. loc. n. 77. ſeqq.* Fabrum in *Cod. lib. 2. t. 9. ſeqq.*  
*Vincent. Carocc. d. tr. Exc. 48. Donell. Enucl. lib. 21. c. 4. 5. ſeqq.*  
*Anton. Tessaur. decis. 181. Didac. Covarr. practic. queſt. cap. 25. n. 7.*  
*Menoch. de Adipſc. poſſ. Remed. 4. n. 910. 911. ſeqq.* Sigism. Scacc.  
*de Appellat. q. 19. Remed. 2. quem omnino vide. & de judic. lib. 1. c.*  
*97. n. 136. Berlich. p. 1. concl. 84. n. 55. ibiꝝ Dd. Brunnemann. in P.*  
*J. C. cap. 28. n. 129. Zanger. de Except. p. 3. c. 26. n. 64. Gail. lib. 1.*  
*Obs. 143. ibiꝝ Græv. Rosbach. in P. C. tit. ult. n. ult. Mynsing. cent. 1.*  
*obs. 48. cent. 6. obs. 80. Schwanmann. Process. Camer. lib. 1. c. 74.*  
*Blum. process. Camer. tit. 57. & tit. penult. Fabric. in C. I. C. cap. 90.*  
*p. m.*

p.m. 1323. Petr. Denais. in jur. Camer. tit. 270. Guilielm. Roding. in  
Pand. Camer. lib. 3. tit. 60. Thilemann. d. Benign. in decif. Camer.  
Imper. Syntagm. 4. decad. 1. vot. 6. & decad. 3. vot. 7. n. 56. seqq.

§. XIII. Sequitur remedium NULLITATIS, qua vo-  
ce, et si teste Vantio, veteres LL. conditores in jure ff. & C. usi-  
non fuerunt, verbis tamen æquipollentibus sæpius illud ex-  
primunt, describi potest, quod sit commune auxilium, & ve-  
ra oppressorum defensio, ad irritandum actum, de quo qua-  
ritur, ob publicam utilitatem introducta, t. t. ff. que sentent.  
sin. appellat. t. t. C. quando prov. non est necess. & text. paral. O-  
ritur quidem ex variis causis, suis locis explicandis, nos tan-  
tum notare volumus, sententiæ nullitatibus tribus potissimum  
ex causis, vel ratione personarum in judicio versantium, vel  
ratione processus seu ordinis, vel denique ratione sui ipsius  
Provenire. De jure Justinianeo exceptionem nullitatis in-  
distinctè sententiæ impedire executionem defendere lubet,  
ob l. ult. C. si ex falso instrum. junct. l. 4. §. 5. ff. de Re judic. & ibi  
Bart. & Zaf. quamvis de jure moderno à generali, & com-  
munis Dd. calculo approbata, nec non in foro Saxonico, & Ca-  
mera fundata distinctione, num scilicet nullitas evidens &  
notoria sit, an verò altiore indaginem & probationem re-  
quirat, non sit recedendum. Notanter observes velim, com-  
munem Dd. & in Camera olim receptam opinionem, nulli-  
tatem nimurum etiam sanabilem ad 30. usque annos posse  
deduci, per N.I.R. de anno 1654. §. Indem auch nummehr 121.  
esse abrogatam, appellationumq; fatalia in nullitate ista in-  
terponenda quoque observanda.

Plura ad hanc materiam pertinientia collige ex Sebast. Vantio  
in integrō suo tractatu de Nullitatibus processuum ac sententia-  
rum, adde Harpr. process. judic. disp. 5. c. 4. Bocer. Cl. 6. Disput. 33.  
Viget. M.I.R. lib. 2. c. 27. p.m. 451. Donell. Enucl. lib. 27. c. 6. Si-  
gismunda.

8

1695/1

D  
S  
E

gis mund. Secc. de Appell. q. 17. limit. 19. & q. 19. Remed. 1. Didac.  
Covarruv. practic. quæst. c. 24. n. 6. 7. C. I. A. tit. de Rejudic. 8. 106.  
Carpzov. in Respons. Jur. Elector. lib. 2. t. 9. Resp. 100. & lib. 3. t. 10.  
Resp. 93. & in defin. forens. p. 1. c. 26. d. 21. 22. inq. pross. jur. tit. 19.  
art. 3. & 4. Brannemann. in P. J. C. cap. 28. n. 108. seqq. Berlich. p. 1.  
concl. 61. Rosbach. process. civ. tit. 172. Jacob. Blum. in process. Ca-  
mer. tit. 56. Hiltropff. process. judic. p. 4. t. 17. Roding. in Pandect.  
Camer. lib. 1. tit. 21. & 33. Philippus Tennenagel. de decern. process.  
Cl. 4. c. 8. 9. 10. Julian. Magenhorst ad O. C. p. 3. tit. 34. Petr. De-  
naij. in Jur. Cameral. cap. 199.

S. XIV. Sententiam contra ius Constitutionis latam,  
ipso jure esse nullam, ex §. præcedenti liquidò constat: si au-  
tem contra ius partium fuerit pronuntiatum, illudq; publicata  
sententia elucescat, indultum iis est SYNDICATUS judi-  
cium, quo sententiam per dolum, corruptionem, aut affe-  
ctum judicum latam impugnare, ipsumq; judicem conveni-  
re possunt, R. I. de anno 1532. §. Und damit unser. 17. Ordin. Ca-  
mer. part. 3. tit. 53. §. Ob sich aber. 6. & §. Wo aber einige  
Parthen vermeint. ult. R. I. de anno 1570. §. Alius besondern  
ansehnenlichen Ursachen. 102. & de anno 1654. §. Mehrermel-  
tes. 157. Veteres quidem LL. antistites, quantum ego novi,  
Syndicatus voce haud utebantur, succumbentes tamen in ef-  
fectu eodem jure gaudebant: Judex enim vel dolo malo, ob  
evidenter gratiam, inimicitiam, aut fordes, sententiam di-  
cebat, vel per imperitiam judicabat: priori casu, parti læsæ ve-  
ram litis æstimationem præstare cogebatur, l. 15. §. 1. ff. de ju-  
dic. nec tantum æstimationis dispendio, sed etiam litis discrimine  
tenebatur, l. fin. C. de pæn. judic. qui mal. judic. deposito  
licet officio, t. t. C. ut omnes judic. Nov. 8. c. 9. etiam si ante  
non fuerit appellatum, quoniam talis sententia quoad judi-  
cem nunquam transit in rem judicatam: posteriori casu, in  
quan-

8

1695,1

quantum de ea re æquum religioni judicantis videbatur, pœnam sustinebat, pr. *Instit. de Obligat.* que quas ex delict. l. ult. ff. si judex litem suam feciss. dic. d.l. 15. pr. ff. de judic. Et quamvis Dn. Brunnemannus venerandæ & piæ memorie ad d.l. 15. ff. de judic. n. 7. seqq. postremum membrum hodiè omnino cessare velit, tamen Ordinat. Camer. p. 3. tit. 53. §. Ob sich aber. 6. & R. I. N. de anno 1654. §. Wann sich auch. 109. contrarium svadent. Causa ex qua judicium hoc intentari potest, est, uti dixi, dolus judicis, si forte muneribus corruptus, pretio vel prece conductus, favore aut odio adductus, inquam profert sententiam, d.O. C.p.3.t.53. §. 6. & ult. & summatim si non ex justitia, sed ex affectu judicat, d.R. I.N. de anno 1654. §. Mehrermeldtes. 157. Executionem per institutum Syndicatus judicium non suspendi, constat, ex R.I. de anno 1532. §. Und damit unser Cammer-Richter. 17. verb. Doch daß nichts desto weniger mit Execution der gesprochene Urtheil am Cammer-Gericht vollzfahren/und procediret werde. Num autem juri huic per O.C. & seqq. Imperii Recess. sit derogatum, illudq; iterum jure novissimo in R.I. de anno 1654. immutatum, in progressu à nobis expendetur. Consuluntur Bender. de Revis. Actor. Concl. 20. n. 40. seqq. Guilielm. Roding, in Pand. Camer. lib. 3. t. 62. Notanter addere lubet, quod cum judicium hoc admodum sit periculosum remedium, nec insuper temerè scrupulosis inquisitionibus justitiae sacerdotes, qui boni & innocentis viri officio fungi presumuntur, sint calumniandi, ad illud non facile esse profiliendum.

Tractant hanc materiam absolutissimè, *Paris de Puteo*, *Augustin Dulcet*. *Amodaeus Justin*. *Cataldinus de Boncompagnis*. *Angelus de Perusio*. *Anton. Rondinellus*. Sparsim eam perstrinxerunt, *Petr. Barbos*, ad l. 15. ff. de Jud. *Donell*. *Enncl*, lib. 28. c. 2.

C

Sigism.

D  
S  
E

Sigism. Scacc. de Appell. q. 19. Remed. 4. Matth. Stephani de Jurisd.  
lib. 2. p. 1. c. 3. membr. 1. n. 26. 27. seqq. Grævius lib. 1. concl. 13.  
Gail. lib. 1. obs. 153. Brunnemann. ad d. l. 15. ff. de judic. & in P.I.C.  
cap. 28. n. ult. Hiltropff. processus judic. p. 4. t. 16. n. 17. seqq. Bocer.  
Cl. 6. disp. 35. n. ult. Blum. in processus Camer. tit. 70. in pr. & fin.  
Christoph. Swanmann. in different. Jur. Civ. & Camer. different.  
54. Joh. Wolfgang. Textor. in disput. ad N. R. I. disp. 13. b. 53. seqq.  
Martin. Rumel. ad A.B. Caroli IV. part. 2. disserr. 2. b. 32. cum ad-  
ditione uberrima. De barattaria, seu concusione judicis, quo-  
que incidenter nonnulli allegati Dd. agunt jung. t.t. C. de pan.  
judic. qui mal. judic. Nov. 124. c. 2.

§. XV. Speciale juris Saxonici remedium est LEUTERATIO, quæ est causæ coram eodem judge tractatio, ut is li-  
tigantibus hinc inde auditis, juribusq; eorum perpensis, ite-  
rata vice super eâ pronuntiet. Quoniam autem beneficium  
leuterationis saluberrimum, ad similitudinem cæterorum  
antea expositorum, nequaquam ad abusum, & malitiosam li-  
tis protractionem trahendum, iis tantum qui iniqua gravati  
sunt sententia per illud subvenitur, qui tamen non tantum  
à definitiva, sed & interlocutoria, ino post tres conformes  
sententias licet illud interponere possunt: quo legitime  
facto, à rei judicatae viribus fūspenditur sententia...

Plura ad Leuterationis remedium quæ faciunt, vide apud  
Saxonici juris Scriptores, quos inter omnino Berlich. part. 1.  
concl. 34. Carpzov. in Jurispr. forens. p. 1. const. 19. per tot. in pro-  
cess. jur. tit. 17. per tot. & in Respons. Elec̄tor. passim. Brunnemann.  
process. jur. civil. cap. 28. n. 124. seqq. Teuber. in suo process. cap. 25.  
Petr. Terme. process. c. 229. Volckmann. de art. Notar. lib. 2. t. 13.  
Gilhaus. in arbor. sua indic. p. 7. c. 8.

ÖBER- vel SUPERLEUTERATIONES quid sint, ubi, &  
in quibus causis obtineant, quemq; inducant effectum, vide  
apud

apud prælaudatum Dn. Berlich. p. 1. c. 34. n. 48. seqq. & Carpzov.  
in process. jur. tit. 17. artic. 5. per tot.

§. XVI. Quia Oberleuterationes nihil aliud sunt, quam  
Actorum Revisiones; ordinis & instituti ratio nunc præsentis  
remedii explicationem exigit. Et licet tum propter sum-  
mam præsentis materiae difficultatem, tum quoque propter  
maximorum & excellentissimorum JCTorum scripta, quibus  
illi hanc ipsam materiam exactè enodare adlaborarunt, ne  
Soli lucernam præferre, terunciumq; Croesi argento addere  
videar, me huic oneri imparem omnino confitear; tamen si  
de illustri hac materia, succincta quadam brevitate, ea, quæ  
in ipsis continent rerum argumentis, exercitii Academicici gra-  
tia, in hac Alma Patria Disquisitioni publicæ submittam,  
candidis rerum Censoribus satisfecisse confido. Quâ spe  
fretus, implorato divini Numinis auxilio, pensum quoq; in-  
tendo, sine ulteriori aggredior mora.

## DE REVISIONE IN GENERE E JUSQUE DEFINITIONE.

### §. XVII.

A uspicaturus nobilissimam juxta ac utilissimam Re-  
visionis materiam, exemplo maximorum JCTorum,  
paucâ de ipsa voce præmonere lubet. Revisere & Re-  
videre est propriè rem semel visam iterum revidere, & sic de-  
nuo videre, Cardin. Tusch. practic. conclus. jur. concl. 313. num. 1.  
Sicut Reficere, est denuo facere, l. 1. §. 6. ff. de Riv. Reformare,  
novam formam dare, Tusch. d. l. n. 11. & eò fermè tendit quod  
Gail. lib. 1. obseru. 154. n. 2. & Rüding. cent. 4. obs. 34. n. 2. habent,  
qui Revidere esse dicunt, ex iisdem actis iterum judicare. Di-  
citur igitur Revisio à revidendo, quod acta singulari diligen-  
tia

tia sint revidenda, *Rutger Ruland. de Commissar. & Commiss. p. 1. c. 21. n. 3.* unde Revisores à revidendis actis dicti, *Matth. Stephan. de Jurisdictione lib. 2. p. 1. c. 3. m. 1. n. 7.*

§. XVIII. Revisionem non uno modo Dd. describunt. Nos cum Bendero, Bocero, & aliis, dicimus, eam esse remedium extraordinarium, quo in summis Tribunalibus, per sententiam laesis, ex quadam benignitate, per Commissarios Imperatoris, & Statuum Imperii ad id deputatos, succurritur.

§. XIX. Diximus Revisionem esse remedium extraordinarium, & rectè. Cum enim contra regulas juris communis & ordinarii, supremi judicis sententiae acquiescendum sit, *R. I. de anno 1530. §. Dieveilnum. 76. O. C. p. 3. t. 51.* ex speciali summa Majestatis concessione, benignitate & indulgentia, & ita in subsidium remedii ordinarii sit introductum, insuperq; non omnibus personis, omnesq; ob causas indistinctè indulgeatur, ordinarium remedium nequaquam dici potest. Cetera definitionis membra ex subsequentibus satis clara erunt.

## DE REVISIONIS DIVISIONE.

§. XX. Sunt autem Revisiones aliae, quæ contra sententias supremorum Imperii Tribunalium, aliae, quæ contra sententias in Principium & Statuum judicis promulgatas interponuntur. Revisiones prioris generis tam contra sententias incliti judicij Cameralis, quas in Ordinarias & Extraordinarias dispescimus, *R. I. 27. de anno 1554. §. Damit dann auch. 130. §. Nachdem nun. 132.* quām Consilii Imperialis Auxili introducuntur. Quamvis si distinctè, & de propriè dicta Revisione, loqui velimus, in Aula Cæsarea non Revisionis, sed Supplicationis remedium loco Revisionis Cameralis sit receptum: *Instrument. Pac. artic. V. §. Quoad processum. 54. Et*

8

1693/1

Et licet Supplicatio in effectu sit quædam actorum revisio,  
auth. quæ supplicatio. C. deprecib. Imper. offer. diversa tamen a-  
lias, uti dixi, hæc esse remedia tum ex Ordinat. Camer. part. 3.  
tit. 51. tum ex Instr. Pac. d. art. V. §. 54. satis superq; appareat,  
verba enim satis sunt clara: *Loco Revisionis in Camera usitate,*  
*licitum est gravatae parti à sententia in Judicio Aulico lata ad*  
*Cæsaream Majestatem supplicare, ut acta judicialia denuò adhi-*  
*bitis alius gravati negotii paribus, neutrīq; partium addictis ex*  
*utragq; religione equali numero Consiliariis, & qui concipiende*  
*& ferenda priori sententia non interfuerint, aut certè Referen-*  
*tium & Correferentium partes non sustinuerint revideantur, li-*  
*berumq; sit sua Majestati in causis majoribus, & unde tumultus*  
*in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam utriusq; Re-*  
*ligionis Electorum & Principum sententias & vota requirere.*  
Unde satis colligi potest, Revisione quoad sua formalia con-  
siderata, quatenus nimirum Moguntino notificanda, fatale  
denunciandi Revisionem observandum, Revisores Statuum  
adhibendi, Sportulae deponendæ &c. satis à Supplicatione  
differre. Videatur Dn. Ericus Mauritius, Professör olim in hac  
celeberrima Academia longè famigeratus, hoc tempore Ca-  
meræ Imperialis Adseffor gravissimus, in Exercitat. Jur. Public.  
de Judicio Aulico, vom Räyserl. Reichs Hoff-Rath. 6. 25.  
Guilielm. Roding. in Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 61. p. m. 1010. Jo-  
hann. Wolfgang. Textor. in Disputat. ad R.I.N. Disput. 13. 6. 11. 12.  
licet quoad effectum & rem ipsam difficile ab ea internosci  
queat, Reichs Hoff-Rath Ordn. de 20. 1614. tit. V. Capitulat.  
Augstissim. Imperator. Leopoldi art. 42. ubi expressè Supplica-  
tionis remedium Revisionis nomine venit: quò respexisse vi-  
detur Autor Comitol. Ratisbon. noviss. part. 5. fol. 366. qui Re-  
visionem in Aula Cæsarea locum habere existimat.

S. XXI. Posterioris generis Revisiones, quæ contra sen-  
tentias

tentias in Statuum Dicasteriis promulgatas, præprimis intuitu summæ non appellabilis, sunt introductæ Recess. Deputat. de anno 1600. §. Es soll aber den Unterthanen. 16. R. I. N. §.  
Doch mit diesem Zusätz. 113. in praesenti disputatione expōnere, nobis non est animus. Interim ejusdem requisita, & processum, qui vult, petere potest ex prædicto Dn. Textor. all. loc. §. 23. 24. seqq. add. Joh. Christian Wurstschmidt in Disputat. Inaugur. de Revision. cap. 3. §. 26.

## DE CAUSA EFFICIENTE.

§. XXII. Causa Efficiens Revisionis Principalis est Lex Imperii, quæ Ordinatio Cameralis dicitur, cui subinde alia, quarum in progressu mentio fiet, accesserunt. Nam licet notissimi & juris expediti sit, Cameram Imperialem supremum & ultimum in Imperio Romano esse Tribunal, R. I. de anno 1530. §. Dieweil nun unser Cammer-Gericht das Oberst und lez̄t Gericht. 76. item Cammergerichts-Reformation zu Speyer de anno 1531. §. Ferner als durch. 16. verb. Daz̄ das Kämserliche Cammer-Gericht das höchst und lez̄t Gericht / à cuius sententia nec Appellatio nec Supplicatio conceditur. R. I. de anno 1530. d. l. verb. davon laut unser Ordnung nicht appelliret werden sol. Ordin. Camer. p. 3. t. 51. daz̄ von Urtheiln des Kämserlichen Cammer-Gerichts nicht appelliret noch suppliciret werden möge / cum publicè interfit litibus finem imponi, l. 65. §. 2. ff. ad 5Ct. Trebellian. l. 1. de Re Judic. junct. l. 6. de Except. rei judicat. & textib. parallel. pasim. præprimis per hoc supremum Imperii Tribunal, quod non tantum communi tum Imperatoris, tum Statuum consensu est constitutum, sed & ipsum repräsentat Imperatorem: videat. Jacob. Blum, in Process. Cameral. tit. 71. n. 1.

Ludo-

Ludov. Bender. de Revision. Actor. in Proem. n. 20. Andr. Gail. lib.  
1. Observat. 41. n. 3. 4. 5. Schwanmann. in Observat. Cameral.  
observat. 3. & 4. in pr. Frider. Hiltropff. in process. judic. part. 4.  
tit. 16. n. 1. Interim tamen cum satis prægnantes causæ aliam  
requirerent judicii formam, vid. text. in §. seq. citatos, Imperi-  
ali visum fuit Majestati, nullatenus publicè prodefessè singu-  
lis legum denegari adminicula, l. un. C. de Sentent. Praefect.  
Prætor. idcirco ad instar Supplicationis, que itidem olim ob  
judicis judiciiq; excellentiam indulgebatur, d. l. unic. l. 5 &  
Auth. que supplicatio. C. de Precib. Imperat. offerend. adhibito  
Statuum Imperii consensu, saluberrimum Revisionis intro-  
duxit beneficium, de quo evolv. Ordinat. Camer. de anno 1555.  
part. 3. tit. 51. & 53. add. R. I. Spir. de anno 1557. §. Diewolfer-  
ner. 23. de anno 1570. Alius besonderem ansehentlichen Ursas-  
chen. 102. de anno 1594. §. So wollen und ordnen wir. 65.  
de anno 1598. §. weiter als etliche Jahr. 62. seqq. de anno 1600.  
§. Als auch Streit fürgefallen. 157. seqq. de anno 1654. §.  
Nach Berathschlagung. 124. seqq. jung. Instrum. Pac. Cas-  
reo-Svevicum artic. V. §. Quoad processum. 54. &c.

§. XXIII. CAUSA IMPULSIVA eaq; PRIMARIA  
fuit iniquitas sententiae, qua, Revisionem petens, se gravatum  
querebatur: cum enim partes in Camerali Judicio succum-  
bentes de sententiarum ibi latarum nullitate ac iniquitate  
non saltem coram judge Camerali, ejusque Visitatoribus,  
sed & in ipsis Comitiis penes Imperii Status conquererentur,  
R. I. de anno 1532. §. Ferner als Cammer-Richter. 16. verb.  
Dieweil sich die Parthenen zu zeiten beschwehren / als sol-  
ten unrechtmäßige Urtheil eröffnet werden Junct. §. Und  
sollen die Parthenen / so sich vor den Commisarien in  
längster Visitation zu Speyer / oder auf diesem Reichs-  
tag vor ChurFürsten/Fürsten/und Ständen/vor dem  
Cam-

8

1695,1

D  
S.  
E

**Cammer-Richter und Beysizern nichtiger oder unrecht  
mäßiger Urtheil beflagt/ &c.** meritò Imperii Proceres huic  
ut malo obviam iretur, publica captabant meditamina d. §.  
16. *in fin.* unanimiq; consensu conclusum, ut gravatis in Ca-  
mera, Syndicatus actione in posterum experiri, esset permis-  
sum, §. Und damit. 17. Quoniam autem, uti supra dixi, judi-  
cium illud nimis videbatur periculosum, insuper in favorem  
læsæ partis, ne partes ibidem litigantes omni remedio suspen-  
sivo destituerentur, Revisionis indultum est remedium. E-  
volv. text. in §. *preced.* citat.

§. XXIV. CAUSA IMPULSIVA SECUNDARIA fuit  
provida Imperatoris & Statuum circa futura cautio. Hi e-  
näm dum Imperii curas disponerent, non tantum malo jam  
præsenti medelam adhibere, sed & futuro prospicere adlabo-  
rarunt, Revisionemq; eum quoque in finem, ut Judex Adse-  
foresve Cameræ metu futura Revisionis majorem in deci-  
dendis controversiis adhiberent diligentiam, introduxerunt,  
*ordinat.* Camer. part. 3. tit. 13. §. Daint auch Cammer-  
Richter und Beysizer desto fleißiger sein/ so sie besorgen  
müssen / daß die Acta folgends nach gesprochner Urtheil  
auch besichtigt / und niemand an dem Cammer-Gericht  
unrecht geschehe &c.

DE  
**CAUSA MATERIALI.**

§. XXV. Sequitur Causa Materialis, quæ à nobis hic du-  
plex constituitur, Remota & Proxima. Remotam prius enu-  
cleabo, ad quam varias refero causas de quibus Revisio peti-  
potest. Sunt autem istæ vel Civiles, vel Criminales. De sin-  
gulis suo loco. Priusquam verò ad causas istas speciatim nos  
accingimus, breviter monendum, quibus in causis Revisio sit  
prohibita. His enim cognitis, facili negotio, in quibus Revi-  
sioni locus sit, colligi potest.

§. XXVI.

§. XXVI. Sciendum itaque ante omnia est, si in causis, in quibus Appellations de jure communi sunt prohibitæ, quos reperire licet apud Dd. communiter ad tit. ff. de Appellat. recip. vel non. Revisionem locum habere nullum, R. I. N. de anno 1654. §. In Fällen da die Appellations verboten gemeiner Rechten nicht zulässig/ sollen auch die Revisiones nicht statt finden. 115. Unde collige, quod permitta Appellatione, regulariter etiam Revisio obtineat, nisi speciatim reperiatur prohibita: & ubi ex natura causæ prohibita Appellatio, etiam Revisionem esse prohibitam, vid. Gail. lib. 1. Observ. 132. n. ult.

§. XXVII. Cum publicè inter sit litibus finem imponi, idcirco judicis officio, easdem non propagare, sed minuere, incumbit, l. properandum. 13. C. de Judic. Ne itaque Revisiones nimium excrescent, saluberrima lege definitum est, Revisionem non aliter esse concedendam, quam si causa summam 2000. Imperialium, pensionibus & interesse non computatis, excedant, d. R. I. N. §. Zu Abkürzung der vielfältigen Revisionen / sollen/gleich wie eine gewisse summa appellabilis, also auch revisibilis, und zwar auf zw. tausend Reichsthaler Capitals/ ohne Einrechnung der Zins und Interesse/ hiemit gesetzt. 117. Unde sequitur causas summa minoris à Revisione arceri, Roding. in Pandect. Camer. lib. 3. tit. 61. p. m. 988.

§. XXVIII. Et licet interdum causa summam 2000. Imperialium superaret, tamen non indistincte Revisionem esse concedendam appetat. Iis enim in causis, de quibus à judice inferiori ad Cameram appellari nequit, & quæ per viam simplicis querelæ, fortè propter causæ continentiam, recusationem suspecti Judicis, denegata vel protractam justitiam, de quibus vid. Blum. in process. Camer. tit. ult. §. 12. Textor. all. loc. b. 22. eò devolvuntur, Revisio erit prohibita, d. R. I. N. all.

D

D  
S.  
E

8  
1695, 1

*loc. verb.* auch in den Sachen und Fällen/da von dem Unter-Richter an unser Cammer-Gericht nicht appellaret werden kan/auch von demselben Cammer-Gericht/da sie daselbst in gestalt *simplicis querela* angebracht / keine *Revisio* statt haben. Quæ tamen prohibitio non appellationem ratione juris communis, sed ratione privilegii de non appellando respicit. Blum. d. I. §. 10.

§. XXIX. Sistunt se jam nunc nobis cause, super quibus Revisio peti possit, & licet ex prædictis satis quodammodo appareat, omnibus in causis in quibus Appellatio tum respectu juris communis, tum respectu privilegii de non appellando non prohibita, & quæ prædictam pecunia summam exquant, Revisionem locum habere posse; speciatim tamen causas quasdam, in quibus illa est permissa, recensere placet.

§. XXX. Cum anno 1581. in Visitatione Cameræ facta quæstio incideret, utrum Revisio in Compromissis locum haberet? Domini Visitatores causam ad Imperiale Majestatem remiserunt, ut inde decisio peteretur, vid. Magenborst. in Centur. Observat. observ. 10. ubi Visitatorum formula sententiationandi recensetur. Quod factò postea per publicam Imperii constitutionem sancitum est, Revisionem in compromissis seu arbitriis locum habere nullum, nisi de enormissima lesione partes habeant quod querantur, quæ liquidò & manifestè ex actis constare debeat, adeoque pravum sit arbitrium, ut manifesta ejus iniquitas appareat, quo casu Revisio non deneganda, sed locus ei omnino relinquendus, R. I. de anno 1594. §. Als auch der Compromiss halben. 64. & seq. Non tamen desunt qui ex verbis Ordinat. Camer. part. 3. tit. 53. §. dor mit auch. i. ibi, und niemand an dem Cammer-Gericht unrecht geschehe/firmissimè colligunt, indistinctè in Compromiss causis Revisionem obtinere, quod, num procedat,

S.XXII.

§. XXXI. Satis intricata & in jure nodosa discutitur  
quæstio, num in possessorio judicio ad effectum suspensivum  
interponi queat Appellatio? qua sanè non nisi cautè adhibi-  
ta distinctione erit decidenda. Et licet nobis quodammodo  
accuratè & commode eam explicare ansa præbeatur, tamen  
rationem propositi observans, quomodo in illo Judicio Re-  
visio locum habeat breviter solum inquirendum est. Sanè in  
dirimenda hac controversia non parum hodiè facit, si illam à  
Practicis inventam distinctionem inter Possessorium Sum-  
mariissimum, & Ordinarium, exhibeam. Priori enim casu cum  
nullū magnopere exinde præjudicium immineat, periculum  
autem armorum metuendum, sine longo litis sufflamine, ola  
facti veritate probabiliter inspecta, celeriter, & velo, quod  
dicunt, levato, omni remedio suspensivo remoto, proceden-  
dum, adeoq; tunc etiam Revisio deneganda esse videtur.  
Bender. de Revision. Actor. conclus. 35. n. ult. Ordin. Camer. part.  
2. tit. 27. §. Ob auch. 3. Posteriori verò casu, cum ibi ordina-  
ria juris via servata de litigatorum possessione disceptetur, &  
gravamen illatum per petitorium ita facile reparari nequeat,  
Revisionem licet peti posse, non est quod dubitemus.

§. XXXII. Solent Dd. occasione l. 1. §. ul. ff. à quib. ap-  
pellar. non lic. & cap. pastoralis. 33. in pr. X. de Appellation. non  
Parum esse solliciti, num Majestas OMNI APPELLATIONE  
REMOTA causam Judici committere possit? Et quamvis  
Propter adductos textus, junt. cap. ex parte tua. 13. X. de Offic.  
& Poteſtat. Judic. delegat. c. cum appellationibus s. de Appellar.  
in eo. nonnulli id penitus adfirmare sustineant, communis  
tamen sententia reclamat, quæ vult illam clausulam APPEL-  
LATIONE REMOTA non nisi de frivolâ & temerariâ ap-  
pellatione esse interpretandam. Vid. Gail. lib. 1. obſervat. 33. n. 5.  
obſervat. 135. n. 6. Mynsinger. Centur. 1. obſervat. 3. in fin. ubi qui-

D 2

demy

D  
S.  
E

dem dubitare videtur, sed add. centur. 2. observ. 10. n. 3. centur. 3.  
observat. 63. centur. 6. observat. 5. Robert. Lancellott. de Attentat.  
part. 2. cap. 6. n. 40. Bernhard. Græve. Concl. Practic. Camer. Im-  
per. conclus. 33. considerat. 1. n. ult. jung. cap. all. 13. X. de Offic. &  
Potestat. Judic. delegat. Posto vero, causam ob adjectam  
clausulam, REMOTA OMNI APPELLATIONE, non posse  
ad superiorem devolvi; queritur tamen, num tunc parti lex  
æ Revisionis etiam remedium ademptum esse, credendum  
sit? Sancte cum ex separatis de uno ad aliud nihil sit inferendum,  
l. ult. ff. de Calumniator. l. 10. C. de Probat. add. Nicol. E-  
werhard. in loco à separat. differ. seu div. Appellationem au-  
tem & Revisionem diversa esse remedia, quorum alterum est  
Ordinarium, alterum Extraordinarium, alterum meram ju-  
stitiam, alterum puram gratiam & benignitatem concernit,  
Marant. part. 6. tit. de Appellat. n. 18. illâ remotâ, nullatenus  
sublatam esse Revisionem adserimus, Gail. d. lib. 1. observat. 33.  
n. ult. ibid. Dd. Mynsinger. centur. 4. observat. 63. n. 8. centur. 6.  
observat. 15. n. 1. Succedit enim Revisio in locum deficientis  
Appellationis, & tunc quando illa est prohibita conceditur.  
Ordinat. Camer. part. 3. tit. 51. Græv. lib. 1. concl. 135. confid. 1. ibid.  
Dd. Bender. de Revis. Actio. concl. 36. Bocer. Class. o. disputat. 35.  
n. 16. Mastrill. decif. 158.

§. XXXIII. Cum olim in quibusdam Germaniae locis  
extarent Statuta, quibus cautum, ne subditi contra sententias  
in inferioribus judiciis latas. appellationem interponerent,  
Camer non obstantibus istis Statutis appellationem recepit,  
Ordinat. Cam. part. 2. tit. 28. §. Und dieveil bishero eßliche  
Stände. 5. Interim non tantum de jure communi, l. ult. §. 6.  
C. de Tempor. & Reparat. Appellat. l. 1. §. 3. ff. à quib. appell. non lic.  
sed & ad stipulante Imperii lege, privati, certo inito pacto,  
Appellationi renuntiare possunt: Ordin. Camer. d. l. verb. Eò  
wäre

3.  
t.  
g.  
m  
se  
e  
m  
E  
u  
s  
it,  
us  
6.  
tis  
ar  
iff  
z.  
cis  
as  
nt,  
ut,  
he  
6.  
ie.  
o  
es  
re  
wäre dann / daß einer sich freywillig / und ungezwungen / vorhin der Appellation begeben / Cujus differentia rationem adsignant hanc , quod Statutum directò disponat contra jus superioris , pactum autem directò non tangat jus superioris , dum pacientes tantum à se abdicant , quod in eorum est facultate , Mynsinger . centur . 1 . observat . 14 . Quando ergo partes huic appellationis remedio renuntiarunt , quemadmodum hoc sacerdotes fieri solet , tamen nullatenus dicendum prohibitum iis esse uti Revisionis beneficio , per tradita Gail . lib . 1 . observat . 135 . n . 12 . 13 . non enim qui renuntiat uni remedio , statim perdit alterum , Rebuff . tract . de Supplicat . question . 9 . cas . 7 . Bender . d . conclus . in fin . Bocer . all . loc . n . 17 . & Renuntiatio est stricti juris , strictamq ; interpretationem accipit , Blum . in Process . Camer . tit . 55 . n . 22 . ideoq ; quæ in illa non sunt expressa , pro omissis habenda , arg . I . 99 . ff . de V . O .

§ . XXXIV . Decimus etsi jam olim est in saluberrimis Imperii sanctionibus , appellationem in causis Criminalibus , poenam corporis adflictivam continentibus , contra veterem Imperii Romani consuetudinem in Camerali judicio non esse recipiendam , R . I . de anno 1830 . § . Item , als jetzt eßliche Zeit 95 . tamen si in tali criminali causa , contra rationem , & æquitatem naturalem , & ita nulliter sit processum , appellatio , dummodo nullitas principaliter intentetur , & Judex criminalis immediatè Cameræ sit subjectus , non erit deneganda , Ordin . Camer . part . 2 . tit . 28 . § . Item , nachdem auch dem alten herz . Gebrachten Gebrauch 5 . Gail . lib . 1 . observat . 1 . n . 27 . & de Pac . Public . lib . 1 . c . ult . in fin . Schwanmann . in Observat . Cameral . ob- servat . 25 . n . 46 . Mynsing . centur . 4 . observat . 42 . Blum . in Proces- s . Cameral . tit . 43 . Guilielm . Roding . in Pandect . Cameral . lib . 1 . tit . 33 . n . 5 . Si itaque secundum modum prædictum in causis Criminalibus Jurisdicçio Cameræ fundata , tunc Revisioni quo-

que tali in casu locum fore, omnino, contra Bender. d. Revision. Actor. concl. 33. n. 23. & eqq. adserendum est. Cum enim nullibi reperiatur, Revisionem in puncto nullitatis causae Criminalis esse prohibitam, d. O. C. p. 3. tit. 51. 53. maximè præsumendum illam hoc casu, ubi secundum ipsum Bender. majus veratur præjudicium, esse permisum: cum exceptio firmet regulam, Dd. in l. 1. ff. de R. J. Gail. lib. 1. observ. 149. n. ult. Erita in simili ferè casu concludit Gail. lib. 1. observ. 132. n. ult. Rutherford. Ruland. de Commissar. & Commission. part. 1. lib. 2. cap. 21. n. 9. Plures rationes, quibus hæc sententia potest defendi, collige ex Bocer. Claff. 6. Disputat. 35. n. 10. add. Rumelin. in dissertat. ad A. B. part. 2. dissert. 2. 9. 28. Quod si poena corporis adflictiva in mitiorem fortè ex gratia & commiseratione fuerit conversa, neque Appellationi in Camera, neque etiam Revisioni datur locus. Nam tunc surrogatum sapit naturam ejus, in cuius locum surrogatur. l. 1. §. 10. ff. si is qui test. lib. Blum. in Process. Camer. tit. 43. n. 11. Oldek. tr. i. de appellat. in caus. crimin. n. 5. & Dd. ab eo citati.

§. XXXV. Crimen fractæ pacis ad Cameram spectare, ex Ordinat. Camer. part. 2. 4. 9. & passim. Kaiserl. Land-Fried zu Augspurg de anno 1548. preprimitis tit. 10. Gail. lib. 1. observ. 1. n. 2. observ. 3. n. 1. & de Pac. public. passim. Limn. in J. P. lib. 9. cap. 2. n. 180. Blum. in Process. Cameral. tit. 29. Guilielm. Roding. in Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 7. satis dilucidè constat. Ista enim propter hujus delicti qualitatem poenam irrogare potest, Gail. d. Pac. public. lib. 1. cap. 6. n. 8. & cap. 11. n. 3. Revisionem itaque hoc quoque in casu licite peti posse, vix est quod dubitemus. Cum enim ista causa coram Judicio Camerali principaliter proponenda, & eo modo, ne quis iniquè ledatur, dirimenda sit, Kaiserl. Land-Fried zu Augspurg. de anno 1548, all. loc. verb. insonderheit unsern Kaiserlichen Cammerger

mergericht fürzunehmen/und zu beklagen / dorauff ihm  
auch durch unserm Cammer-Richter/und Bensizer/for-  
derlichen Rechtens/wie siche gebühret/verholffen/und ge-  
stattet werden soll / sequitur, quod si aliquis credat, se per  
sententiam, in judicio Camerali in hac causa latam, esse gra-  
vatum, dum ibidem iniquè aut nulliter pronuntiatum, eum  
Revisionem vigore Ordinat. Cameræ, quæ non vult aliquem  
in illo judicio lædi, sed generaliter & indistinctè omnibus in  
Camera lafis hoc Revisionis indulget beneficium, licetè in-  
terponere posse. *Verba ita sonant: und niemand an dem*  
*Cammer-Gericht unrecht geschehe / sezen/ordnen/und*  
*wollen wir / wo einige Parthen hinfürter vermeint/dass*  
*sie durch Cammer-Richter / und Bensizer beschwehrt/*  
*und unrechtmässig/oder nichtig Urtheil wieder sie gespro-*  
*chen/und geöffnet / und der halben gedächte/umb Straff*  
*ungerechter Richter/oder Reformation/und Besserung*  
*solcher Urtheil anzuhalten/ dass der selben Parthen solches*  
*zu thun zugelassen seyn soll.* Quæ sanè Constitutio adeò  
generaliter loquitur, & Revisionem sine ulla causarum, aut  
litigantium personarum distinctione admittit, ut à tali gene-  
rali dispositione hunc fractæ pacis casum excludere durum es-  
set, cum lex generaliter loquens, generaliter quoque sit in-  
telligenda. *Bender. de Revision. Actor. concl. 34. n. 12. seqq. Bocer.*  
*Class. 6. Disput. 35. n. 11. Rumelin. all. loc. 8. 28. Wurstschmid*  
*cap. 3. 8. 28.*

§. XXXVIII. Sequitur Causa Materialis Proxima,  
ad quam refero Sententiam vel Definitivam, vel Interlocu-  
toriam vim definitivæ, aut irreparabile damnum continen-  
tem, in quibusunque causis à Supremis Tribunalibus latam,  
modò illæ non sint expressè prohibita. Dico Revisionem  
non tantum à sententia definitiva, quod nullum habet du-  
bium,

8  
1695,1

D  
S.  
E

bium, sed & interlocutoria, non tamen simplici, sed tali, quem determinavimus, licet peti posse. Cum enim ratio ob quam Revisionis beneficium est indulatum, non modo in definitiva, sed & interlocutoria, obtineat: & Ordinat. Came. part. 3. tit. 51. & 53. generaliter loquatur von Urtheil: insuperque verba in d. O. C. tit. 53. §. 1. quæ saluberrimum hoc Revisionis remedium, laesis, contra quos, à Cameræ Judice, & Assessoribus, injusta, vel nulla lata dicitur sententia, ad ipsum Jūdicem, **Camerer Richter/und Bensitzer** / referenda, non verò ad unam sententiæ speciem restringenda sint; sequitur illa non solum de sententiæ definitiva, sed etiam de interlocutoria esse intelligenda. *Vid. Gail. lib. 1. obseru. ult. n. 5. Bendor. Concl. 10. Bocer. Clasf. 6. Disput. 35. n. 7. Grava. Practic. Conclus. lib. 1. concl. 155. considerat. 1. Rumelin. d. 1. 0. 26. cum Addit.* Exempla hoc pertinentia plurima adderem, nisi instituti ratio id prohiberet, illaq; ex Practicorum scriptis affatim colligi possent.

§. XXXIX. Interim non omittenda est unica, dubitatum fluctibus diu concussa, & Gordiano nodo intricabilior, quæstio, NUM SC. REVISIONIS REVISIO ADMITTITI DEBEAT? Anceps huc usque fuit cura, decidendi hanc questionem: quæ, teste Bendero, decisione Imperatoriæ indigere videtur, adeoq; gravissimorū JČtorum exercuit ingenia: quibusdam eam affirmantibus, aliis negantibus. Affirmantium à partium stant *Limneus de Jur. Publ. Imper. lib. 9. c. 2. n. 214. Bendor. de Revision. Actor. concl. 37. Harpr. in processu judic. disputat. 6. cap. 9. Bocer. all. loc. n. 48. Gaii. Roding. in Pandect. Cameral. lib. 3. tit. 61. p. m. 1013. Rumelin. in dissertat. ad A. B. part. 2. dissert. 2. 0. 30. & alii, quos in Addit. videre licet.* qui solent distingue re inter Impetrantem & Impetratū, & in eo cum aliis convenient, quod si impetrans iterum in Revisorio Judicio succumbat,

ipfi

8  
1695,1

ipso tunc ulterius ad Révisionem convolare esse prohibitum: sufficit enim semel victo contra tam excellentis Judicij sententiam subventum esse, ne hujus saluberrimi beneficii usus in abusum transvertatur, & nimirū indulgentia litigantes deteriores reddantur; debet enim litium esse finis, præprioris qualis in ipsa Ordinat. Cameræ jam est determinatus. Impertratum autem, qui in Camera victor extitit, & in Revisorio Judicio succubuit, æquitate & æqualitate judiciali svadente, excepto illo casu, qui proponitur in Ordinat. Camer. part. 3. tit. 53. §. Ob sich aber. 6. esse admittendum omnino volunt. Incivile quippe esse afferunt, in alterius persona iniquum dicere, quod in propria causa æquum jucicaveris. *Quis enim aspernabitur, inquit ICrus Ulpianus, idem ius sibi dici, quod ipse alius dixit, vel dicie efficit, l. i. ff. quod quisq. jur. in alter stat. ut ipse eod. jur. utat.* Accedit, quod Revisores sententiam benè latam æquè in pejus reformare, ac Affessores in ea ferenda quandoque quid humani pati possunt: neque enim utiq. melius pronuntiat, qui novissimè sententiam latetur est, l. i. ff. de Appellat. Et quia Ordinatio nullib[us] reclamat, dum tantum in casu confirmatae sententiæ ulteriore Revisionem prohibet, ideoq[ue] dicendum in casu retractatae sententiæ revisionem esse permissam, arg. l. 12. pr. ff. de Judic. Ne igitur illi, qui à Cæsare & Statibus Imperii Revisionibus adhibentur, nimirum securi & temerarii sint, sed ut majorem in revidendis Cameralium sententis praestent diligentiam, arg. Ord. C. p. 3. tit. 53. in pr. meritò reiteratas revisiones, sententiæ retractatae, admittendas esse: quæ tamen revera non reiteratae, sed diversarum potius sententiarum revisiones rectè dici possunt; non enim bis petit revisionem, qui Victor in Judicio Appellationis, Vietus in Revisione fuit. Cumque remedium hoc utriq[ue] partis sit commune, sc. ut emende-

tur gravamen prioris latæ sententiaæ, idcirco quod actori licet, id non debet non licere etiam reo, & vicissim quod reo licet, non debet non actori licere, arg. l. 41. ff. de R. J. Plures rationes, si tempus id permitteret, quibus hanc sententiam defendere satagunt, lubenter adderem, nisi jam allata, tanquam ponderis majoris habitæ, sufficerent.

§. XL. Negantium partes sustinent Gail. lib. 1. observat. 15. n. 3. Ventur. de Valent. in Parth. Litigios. lib. 2. cap. 14. n. 16. 17. Textor. disputat. 13. 8. 47. Hiltropff. Process. Judic. part. 4. iii. 16. n. 12. Klockius de Contribut. c. 13. n. 153. Heig. part. 1. q. 10. n. 42. & multi alii. qui omnem revisionis revisionem denegant, dum non præsumendum, ob tantam examinis ax. Elsser, juncta assessorum & revisorum opera suscep tam, in Revisorio Judicio minus dextrè esse processum. Svatet hoc quoque ipsa Ordinatio Cameræ, quæ tantum mentionem facit sententiarum in Camera latarum, illasq; solum revidere permittit, quo facto, soll es darbey ungeweigert/ohn weiter appellir/ren/suppliciren/und revidiren bleiben/und mit Execution solcher erstgesprochener Urtheil an dem Kaiserl. Cammergerichte forgefahren / d. O. C. p. 3. t. 53. S. Im fall aber. 7. In exorbitantibus itaque, & contra jus ordinarium introductis, extensio non erit admittenda. Facit etiam hic quod de jure Civili non legamus supplicationem supplicationis concessam, sed saltem prima & una vice esse indultam, l.s. & auth. que suppli catio. C. de Precib. Imperat. offer. Novell. 119. c. 5. Revisionem autem æquè ex mera gratia & benignitate provenire jam supra monuimus. Ideoque hæc sententia tanquam LL. rationi, & publico bono satis conveniens, si dicendum quod res est, meritò erit præferenda. Nam ut infinitatem litium, legibus inimicam, raseam, quid non mali tanta provocandi libertas, & licentia produceret? Quapropter Gail. d. l. testatur,

tur, hoc quidem à quibusdam esse tentatum, sed frustrà, & malo exemplo. Et cui quæso hæc Revisio esset insinuanda? Certè Electori Moguntino non, cui, dum prior ipsi jam de-nunciata, adhibitis Imperatorum Commissariis, & coete-  
rorum Statuum Consiliaris, eam determinare, incumbit. Cum itaque forma in ista revisionis revisione non possit ob-  
servari, mirum non esset, si vel ob hoc, altera revisio dene-  
getur.

§. XLI. Quidam in ea sunt opinione, ac si à sententia Revisorum, Secundum mentem Bartoli in l. 1. n. 12. ff. de Legat.  
Panormitan. Consil. 28. col. 1. Roman. Consil. 261. appellandum  
sit ad Cameram Imperialem, quod factum dicunt in causa  
*Hans Harbart contra Margareham Benemerans & con-  
sortes, Autor. Prajud. Cameral. verb. Revisio. Rumelin. all. loc.  
n. 48.* Verùm quoniam hoc nihil aliud esset, quam ab eodem  
ad eundem provocare, seu à Cæsare male informato ad me-  
lius informantum, vid. text. in cap. Romana 3. de Appellat. in  
ato. dicendum, quod alia forsitan circumstantiae, alium desi-  
derarunt statum. Nam aliás *Gail. all. loc. n. fin.* ita afferit:  
Memoria, inquit, teneo, quosdam tali cautela uti voluisse,  
sed repulsam, communī Statuum voto, passos fuisse.

## DE CAUSA FORMALI.

§. XLII. Perlustratis causis, & sententiis, in quibus Re-  
visio licita, vel illicita, proprius jam ad ipsum Revisorum Ju-  
dicium accedimus: ubi, tum præparatoria hujus judicii, cir-  
ca quæ insinuationem, modum, & tempus, tum Processum  
ipsum, tam quoad Introductionem, quam Prosecutionē ejus  
perspicuā brevitate tractabimus. Nam si aliquis sibi persva-  
sum habeat, sententiam in Camerali Judicio latam tale-

damnum continere, quod, instituto Révisorio Júdicio, removi potest, dum justam se habere causam putat, ei certam in Imperio sanctionibus præscriptam formam, ad ungvem, nisi seipsum consequendæ Revisionis spe destitutum sentire velit, observare, omnino incumbit.

§. XLIII. Camerali itaque sententia vicitus; & Actorum Revisionem petiturus, Archiepiscopo Moguntino intentionem & propositum suum supplicando, [se sc. hoc vel illo die sententiâ in Camera latâ (cujus copiam exhibet) maximè gravatum, ad saluberrimum Revisionis in Ordinatione Camerali præscriptum remedium confugere velle, rogadoq; , velit hoc Cæsareæ Majestati, & futuris Revisoribus, ut & Judicio Camerali notificare, ] denuntiare, insinuare, & intimare, jubetur: non quod Archiepiscopus Moguntinus superior sit Camera, & judice eo, qui priorem tulit sententiam, sed quod Archicancellarius sit Imperii, ad cuius officium spectat Imperatorem & Status tam de Visitatione, quam Revisione certiores reddere. *Ordin. Camer. part. 3. tit. 53. pr.* Interim Electori Moguntino non est integrum illam pro libitu recipere aut rejicere, cum ad eum non spectet cognitio, benè an malè Revisio sit interposita, *Blum. in Process. Camer. tit. ult. n. 15.* & nihil ea de re per Cameræ Ordinationem sit dispositum, *Bender. Concl. 13. n. 13. Ramelin. d. l. 8. 24.* Si autem Archiepiscopus Moguntinensis, aut alius contra ipsum, Revisionem petere velit, tunc Elector Trevirensis erit adeundus. *Quod tamen non vigore Ordinat. Camer. ubi ille casus nondum erat determinatus, sed per R. I. de anno 1594.* §. Als uns auch. 99. verb. weist ein solcher Fall / in unserer und des Reichs Caminergerichts Ordnung nicht versehen / ordnen und wollen wir etc. primum est constitutum. Schwanmann. Observ. Cameral. 180. n. 7. 8. Cum nemo in sua causa

causa actus jurisdictionales exercere debeat, vel suo se jugulari cogendus sit. *Rutger. Ruland. de Commiss. & Commission. part. 1. lib. 2. cap. 21. n. 14.*

S. XLIV. Ut autem ista denuntiatio coram Archiepiscopo Moguntino facta, sit legitima, opus est scripturâ, cum Propter ejus absentiam non semper viva voce fieri possit. *Ordin. Camer. part. 3. tit. 33. pr. verb. und jederzeit in Schriften zu erkennen geben / Schwanmann. in Process. Cameral. lib. 1. Obs. 75. n. 2. Blatt. d. l. n. 13.* Formulae Supplicationum pro imperanda Revisione vid. apud. *Schwanmann. all. loc. num. 33. Gylmann. in Sympb. T. 2. part. 3. tit. 5. post supplic. 14.*

S. XLV. Tempus interponenda Revisionis olim erat spatium duorum mensium. Petens nempe Revisionem eodem anno, modo tantum temporis superstit, secus enim anno sequenti, duobus mensibus ante Calendas Maji, illam denunciare debet. *Ordinat. Cameral. d. l.* Quoniam autem iste terminus justò brevior videbatur, arduas ob causas, *de quibus Bender. Concl. 3. n. 2. Wurstschmid. 34. qui eam fideliter ex Badero desumpfit*, tres menses sunt constituti. *R. I. de anno 1557.* S. *Wiewol ferner Inhalt. 23. verb. und die Zeit in diesen Fällen bis auff drey Monat zuerstrecken sey.* Ait hodie Revisio sub pena desertionis intra quatuor menses à die latet sententiae proximos, non solum Moguntino, vel, si hujus intersit, Trevirensi denuntiari, sed denuntiata etiam in Camera reproduci debet. *R. I. N. de anno 1654.* S. *In Fällen. 125. verb.* *Ein jeder der revision zu suchen begehrt/soll dieselbe in den negsten 4. Monaten von Zeit an der aufgesprochenen Urtheil/ben Straffe der desertion, bey unserm Neuen dem Chur Fürsten zu Mainz/oder wann derselbe bei der Sachen interessirt, bey Chur Erher außbringen / und dem Cammergericht insinuiren/ summariter, fürslich / und unterschreit*

terscheidentlich übergeben. *Vid. Blum. d.l. n. 14. Bender. Concl. 2.3. & Dd. pasim.* Ex quibus quoque apparet, circa illam quæstionem, quam magni momenti facit Rumelin. *d.l. b. 21.* num scilicet illud tempus à die latae sententia, an verò à die denuntiata Revisionis sit numerandum? hodie non' anxiè esse laborandum. *Vid. tamen ipsum Rumelin. d.l. Bender. Concl. 3. n. 5. 17. seqq. Schwanmann. Observat. Cameral. 180. n. 2. seqq. & in different. Jur. Civil. & Cameral. different. 8. n. 18. Limno lib. 9. cap. 2. n. 217. Reink. lib. 2. Claff. 2. cap. 14. n. 10. &c.*

§. XLVI. Factâ itaque, legitimo modo, & tempore, denuntiatione, officium Electoris Moguntini in Judicio Revisorio constituendo, sive præparando erit, accelerata insinuatione documenti interpositæ revisionis, quod vulgo De-nuntiations-Schreiben vocant, Revisionem in Camera introducere, & Imperatorem, Statusq; Imperii ad Visitacionem, istius anni ordinatos certiorare, petereq; ut prater Commissarios Imperatoris, suos quoque excellentes, eruditos, dexteritate judicii pollentes, & in revidendis actis peritos Consiliarios mittant, qui adhibito Præside, & Cameræ Assessoribus, qui priori sententiæ interfuerunt, acta revidere, posteaq; soli, Assessoribus remotis, & momentis causæ ponderatis, aequitate servatâ, quod juris erit, decernere debent. *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 53. S. 1. 4. & pasim. R.I. de anno 1557. §. Wiewol ferner Inhalt. R.I. de anno 1600. §. Alls auch Streit für gefallen. 157. R.I.N. de anno 1644. pasim.*

§. XLVII. Debent autem ante causæ ventilationem, Revisores, præstito speciali juramento, sanctè assere, quod in hujusmodi causis antea vices advocatorum vel consiliariorum non sustinuerint, judices priores observanter comiterq; habere, acta diligenter operâ perlustrare, rationes decidendi pariter à judicibus prioris instantiæ studio percipere,

ac citra quocunque munus, corruptelam, vel affectum ani-  
mi, juxta conscientiam jure infirmatam velint judicare;  
*Ordinat. Camer. d.l. §. Und sollen der Käyserl. Majestät. 9.*  
*ita ex Oldendorpio Matth. Stephani de Jurisdict. lib. 2. part. 1.*  
*cap. 3. membr. 1. n. 49. Textor. d.l. §. 35.* Nec pro judicibus repu-  
tantur quamdiu non jurati manent. *Linn. lib. 9. c. 2. n. 220.*  
*Glym. Prejudic. Camer. verb. Revisio, vers. Revisores &c. Rein-*  
*king. d. Regim. Sec. & Eccl. lib. 2. Clasf. 2. cap. 15. n. 22.*

§. XLVIII. Pars quoque Revisionem petens, vel per se,  
vel per Procuratorem, sufficiens & speciale mandatum, tam  
à Principale, quam Advocato cause subscriptum exhibens,  
adversa parte exigente, calumnia juramentum, sub præjudi-  
cio desertionis, præstare tenetur. *R. I. de anno 1600. §. Und ob-*  
*wol hieben. 158. R. I. N. de anno 1654. §. In Fällen. 125.* Quod  
autem Procuratores illud juramentum in propriam animam  
præstare debeant, uti vult §. all. 125. illud, teste Blumio d.l.  
n. 17. neque olim obtinuit, neque hodie in usu est.

§. XLIX. Et si autem de Revisorum Jurisdictione quæ-  
dam Proponi & disputari possent; netamen instituti ratio-  
nem excedamus, pro nobis delegabimus *Gail. lib. 1. Observat.*  
*ibid. Gravaeum. Bocer. all. loc. n. 32. Rumelin. all. loc. 6. 22. junct.*  
*Addit. Bender. Concl. 4. Roding. in Pandect. Camer. lib. 3. tit. 61.*

*p. m. 982.* Præstata autem, disto modo, tum à Revisoribus,  
tum à parte imperante juramenta eò pertinent, ut in peten-  
tia Revisione partium calumniis ac temeritati, qui sapientis Re-  
visione abutuntur, & non tam de gravamine removendo,  
quam lite differenda, magna cum Judicij Cameralis despici-  
entia, solliciti sunt, occurratur. Unde prudenter his ver-  
bis cautum legitur *Ordinat. Camer. part. 3. tit. 33. §. 2. Und da-*  
*mit in solchein der Parthenen Calumnen und Muthwil-*  
*len/dann sie mehr das Cammer-Gericht zu betreiben/als*  
*sich*

ED  
S.  
LE

8  
1695,1

fich einiger Beschwerden zu erholen / gebrauchen möch-  
ten. Quo etiam omnino spectant verba Rulger. Ruland. d. l.  
n. 11. Evenit hodie, inquit, potentibus Revisionem idem, quod a-  
grotantibus, qui ad sanitatem tendentes, licet incurabili mor-  
bum videant, remedia tamen querunt Italia, quæ morbis qui-  
dem curabilibus sunt constituta, ipsi vero illis sepius ad interi-  
orem utuntur. Hec ille. Et vero eundem ob finem, poena le-  
gibus Imperii temere Revisionem potentibus est decreta.  
Quippe pars Revisionem petens certam pecunia summan,  
pro revisorum arbitrio, non tamen vago ac indiscreto, sed  
rationi & justitia consentaneo deponere, aut idoneè de illa  
summa cavere debet, ordinat. Camer. d. l. verb. sollen solche  
anhaltende Parthenen/ein Summa Gelds / welche nach  
Gelegenheit der Personen und Sachen / durch die ver-  
ordnete Visitatorum gemästiget werden soll / und im Fall/  
dass die gesprochne Urtheil gerecht erfunden/dem Känsel-  
Fisco zu Straff/zu entrichtung des Kostens / so in der Zeit  
auff solche Syndicat und Revision gehet erlegen/und das  
für gnugsamlich verbürgen. Qua posteriora verba non  
copulativè sed disjunctivè sunt intelligenda, cum nemo in-  
utilibus & superfluis cautionibus gravari onerarive debeat;  
arg. l. 8. §. 7. ff. de Fidejuss. Bender. Concl. 6. n. 27.

§. L. Sanè si quis ita pauper sit, ut neque realem pecu-  
niæ depositionem, neque fidejuslores invenire, nec pignora-  
dare possit, tamen justitia & æquitatis ratio, quæ perinde  
pauperi atque diviti equaliter administranda; & sine perso-  
narum discriminine jus suum cpique tribuit, eundem à Revi-  
sionis saluberrimo beneficio nequaquam excludit, sed pra-  
fita juratoria cautione, quod tamen arbitrio judicis relin-  
quendum, R. I. N. §. Nach Berathschlagung 124. omnino  
admittit. Si autem postea appareat illum frivole ad saluber-  
rum

rum remedium convolasse, tunc poena ista pecuniariā, quæ alias Fisco in paenam temeritatis, & sumptuum reparationem esset inferenda, dd. text. junct. R. I. N de anno 1654. §.  
Damit dann. 126. in corporalem erit convertenda, & provocatiois injuria carcere vindicabitur, ut sic inopia æris, thre Ohnvermögenheit corporis afflictione luatur, per regulam vulgarem: Qui non habet in ære, luat in corpore, d. §.  
126. Et ita in causa quadam pauperis temerè Revisionem pertinentis, rectè observatum est. Gail. lib. 1. obseru. ult. n. 4. Bender. Concl. 7. Bocer. d. l. n. 37. seqq.

§. LI. Fit autem ista pecuniæ depositio non aliter quam si ista pecuniæ summa à Revisoribus jam fuerit nominata, seu, ut Dd. loqui amant, moderata, Revisoresq; priora acta ventilare suscepereint, wann an die Sach Hand geschlagen wird/ d. §. 126.

§. LII. His itaque præmissis impetrans revisionem, ne petita revisio diu in suspeso hæreat, omnia sua gravamina, unico ex prioribus actis formato & exhibito scripto expone-re debet: quod factō, servata judicii æqualitate, impetrato, unicum similiter, ex actis prioribus itidem depromptum, scriptum opponere, incumbit. Ordinat. Camer. part. 3. tit. 53.  
§ Erstlich soll die flagend Parthen. 3. Nihil tamen novi in istis gravaminibus deducere licet, cum hic non habeat locum regula in l. 4. C. de Tempor. & Reparat. Appellat. non deducta deducam, non probata probabo. Ord. Camer. d. l. verb. und doch in solchen Schriften nichts neues. Alias enim non esset Revisio, sed potius additio & novatio Actorum, super qua judices non essent auditii. Gail. lib. 1. obs. 154. num. 2. Blum. d. l. n. 18. Bender. Concl. 15. 16.

§. LIII. His scripturis exhibitis, Commissarii Cæsarei, ac Deputati Consiliarii, adhibito Præside, & Camera Assesso-  
ribus,

ribus, qui priorem sententiam promulgarunt, [ex quibus si aliquis forsitan fuerit absens, vel se assenturæ officio abdicaverit, is omnino quoque erit citandus, O. C. d. l. §. 1. in fin.] mediantibus suis juramentis, omnia acta attentè, consideratis prioris sententiæ rationibus, revident, ponderant, & perpendunt: posteaq; Assessoribus remotis, causaq; cognitâ, si sententiam à Camera justam esse latam deprehendunt, confirmant: sin verò quidquam ab Assessoribus commissum, vel illas sententia iniqua, aut juri incongrua sit, eandem resurgent, aut planè retractant. *Ordinat. Camer. p. 3. t. 53. & Imperii sanctiones passim.*

§. LIV. Porrò ad Processus prosecutionem facit, quod si Dominis Revisoribus tantum de meritis causa ex Actis sufficienter & liquidò constet, tunc illi, non attentâ nullitate, in Camera commissâ, principalem causam tractant, & quid iis justum videtur pronuntiant. Magis enim in Principis consistorio de aquitate, quam rigore juris judicari solet. Et quid opus est ire per ambages, ubi de rei veritate constat. *Evolvit Ordinat. Camer. part. 3. t. 34. Gail. lib. 1. Observat. 42. ibid. Gravæm. Mynsinger. Cent. 1. Observat. 27. Centur. 4. Observ. 62. Centur. 5. Observ. 93. Bender. Concl. 18. Rumelin. d. l. 6. 25. junct. Addit.*

§. LV. Sententia tamen à Dominis Revisoribus confirmata, non ulterius erit ventilanda nec examinanda, sed succumbens, omni suspensivo remedio remoto, poenam suam sustinere tenetur, cuius ad Cameram spectat executio. *Ordin. Camer. p. 3. t. 53. §. Im fall aber. 7.* Illa enim non tantum suam confirmatam sententiam, sed & reformatam exequi tenetur. *Blum. in Process. Cameral. tit. ult. n. 32.*

§. LVI. Cum publicè intersit litibus finem imponi, sauberimè per Imperii legem fuit conclusum, ne Dn. Revisores Spira decedant, antequam inchoatas Revisiones planè absolvant.

solvant. R. I. N. de anno 1654. §. Es sollen aber auch die deputirte Revisoris, ehe sie nach verslossener ihrer Zeit von Spener wieder abreisen / die unter Handen habende Sachen/ darinnen sie zu arbeiten angefangen / vollends erörtern/ und sich vorhin daraus nicht hinweg begeben. 131.

§. LVII. Si autem paria in diversas sententias vota extiterint, tunc quid pronuntiandum sit, fluctuant Dd. Communior Schola confirmatoriam esse praeferendam svalet, arg. cap. bona memoria 23. vers. non igitur. X. de Elect. cap. in presentia. 6. X. de Renuntiat. cap. sicut. 16. in fin. X. de Sentent. & Rejudicat. Ruland. p. 1. l. 2. c. 21. n. 18. Bender. Concl. 19. n. 19. seqq. Boser. d. l. n. 46. Rumelin. d. l. 9. 15.

§. LVIII. Olim Revisoribus quibusdam absentibus, Revision in sequentem annum prorogabatur. Ordinat. Camer. §. Ob auch die Revision. §. Hodie autem, ob favorem publicum, in Revisoris emanentis locum alius, in ordine succedens, erit convocandus. R. I. N. de anno 1654. §. Quin andern. 129. ubi quoque paena emanentium Revisorum habetur.

DE  
F I N E.

§. LIX. De Revisionum fine nemini non ex iis, "quæ præmissa sunt, constare potest. Perinde enim uti alii Judices, ita quoque Camerale saltem interdum suos pati possunt manus. Imò saepiuscule de iniunctate sententiarum in Camera latarum cum conquesti olim fuerint Ordines Imperii, Revisionis remedium fuit inventum, ad quam sententiis iniquis gravati confugere possent; ut adeo correctio sententiarum iniquarum illius primarius sit finis.



DE  
E F F E C T U.

§. LX. Anxiè olim inter Dd.fuit ventilatum , num ex Ordinatione Cameræ Imperialis Revisio executionem suspendat? Pauci sanè hac in re inter se convenient. Neque tamen multum refert, ut sollicitè admodum in hoc inquiramus, cum nullatenus de salute nostri Imperii, etiamsi illa distinctio silentio hodiè planè prætermittatur, actum sit. Videatur Bender. Concl. 20. Roding. lib.3. tit.61. p.m.989. Gail. lib.1. obseruat. 135. n. ult. & 159. n. 3. Græv. Concl. Practic. lib.1. concil. 154. considerat. 1. Schwanmann. Process. Cameral. lib. 1. cap. 71. n. 13. & in different. Jur. Civil. & Cameral. different. 8. n. 40. Heig. p. 1. q. 10. n. 58. seqq. Gail. de Arrestis cap. 12. n. 4. seq. Sufficit, postea suspensivum effectum claris verbis introductum esse, R.Deput. de anno 1600. §. Als auch Streit für gefallen 157. verb. So ordnen und wollen wir / daß pendente Revisione mit der Execution nicht zu verfahren / sondern damit eingehalten werden soll. In puncto tamen liquidationis mortuā petitione hereditatis, vel restitutione in integrum, aut quā simili actione, suspensio executionis cessat, R.D. d.l. in fin. In causis etiam mandatorum de relaxando captivo, Revisio quidem nemini temerè erit deneganda. Antequam vero captivus relaxetur, idonea & sufficiens offerenda & præstanta erit cautio, quā omissā, relaxatio quidem impunè omittitur, Revisio tamen erit recipienda. In causis itidem decretorum alimentorum , interposita Revisione , ob favorem cause , alimenta omnino præstanta sunt. R. D. de anno 1600. §. Belangend aber. 159. Hiltropff. in Process. Judiciar. part. 4. tit. 16. n. 1. Schwanmann. in different. Jur. Civil. & Cameral. different. 8. n. 42. Bocer. Class. 6. Disputat. 35. n. 12. 13. 14. Rutger. Ruland. de Commissar. & Commission. part. 1. lib. 2. cap. 21. n. 10. lit. f.

§. LXI.

**S. LXI.** Hodie, per R. I. N. de anno 1654. **S. Nach Berath:**  
ſtſlagung. 124. exploſo effectu ſuſpēnſivo, devoſtutivo tan-  
tum locus eſt. Pars vičtrix verò, quæ in illo Judicio obtinuit  
Reviſionem, petenti ſufficientem cautionem de reſtituendo  
in caſum ſuccumbentia præſtare tenetur, quæ cautio vičto  
erit inſinuanda, ut ſi illam insufficientem reputare velit, ac  
contra eam excipere contendat, Juđex ſuum interponat ar-  
bitrium. Si verò Juđex partis vičtricis facultates, & oblatam  
cautionem forſitan ſuſpectam habeat, tunc, nullo ulteriori  
edito ſcripto, incontinenti apud Directores Circuli, vel per  
Commissionem, prout ei è re viſum fuerit, nullo modo Pro-  
ceſſu retardato, in huđus rei veritatē exactè inquirat, & de  
ea decernat. Quomodo autem Electores, Principes, cœteri q̄;  
Imperii Status debeant cavere, hoc juđicis arbitrio commit-  
tendum, qui itidem de cautela pauperis diſponere potest:  
qua de re prolixius differens legatur d. §. 124. Quæ de ſubla-  
to effectu ſuſpēnſivo propoſuimus, futuris dant formam ne-  
gotiis, non p̄t̄erit. Si tamen in cauſis Religionis & Eccle-  
ſiaſticas Reviſio hodie impetrata fuerit, illa non ſolū devo-  
lutivum, ſed & ſuſpēnſivum effectum adhuc obtinet, donec  
forte in Comitiis aliter fuerit conſtitutum d. §. 124. Vid. Blum.  
Proceſſ. Cameral. tit. 79. n. 19. ſeqq. Textor. b. 48. ſeqq.

**S. LXII.** Operatur quoque Reviſio, ut, ſi temerè iſta ſit  
petita, frivoleq; juſta ſententia impugnata, deſpoſita pecunia  
ſumma viſco, tum pro temeritate luenda, tum pro expenſis  
circa Reviſionem quoquę tempore factis, cedat: Ordinat.  
Camer. part. 3. tit. 53. §. Und dannit. 2. R. I. N. de anno 1654. §.  
damit dann auch die Parthenen. 126.

**S. LXIII.** Si autem nimia litigantium temeritas appa-  
reat, p̄t̄er ſportularum amiſſionem, non tantum principa-  
les personæ, ſed & Advocati inſigniori aliquā poena pecunia-

ria, pro gravitate delicti, afficiuntur, & in casu impossibilitatis poena corporali arbitriarie puniuntur. R. I. N. d. l. Cum enim admodum durum sit, sine causa sumnum Cæsaris ac Imperii Tribunal imperitia, culpæ, aut negligentia arguere, merito etiam graviores eum in finem constitutæ sunt poena; alioqui facile & frequenter hic eveniret, ut impunitas foret illecebra peccandi.

§. LXIV. Ad effectum Revisionis spectat & hoc, quod nimic illa interposita, Camera non tantum quoad formalia, de quibus in §. 42. seqq. egimus, sed & circa materialia, vid. supr. §. 25. seqq. suo modo cognoscere possit. Si enim simpliciter Cameræ hoc esset denegandum, sanè deterioris ista esset conditionis, ac judicium aliquod inferius, cui integrum appellationi deferre vel non. R. I. N. §. Wenigers nicht. 133. verb. wo aber die Revisor frivole gesucht wird solle derselben von denen Revisoribus keineswegs deferirt werden.

§. LXV. Quemadmodum is, qui adversus Præfectorum Prætorio sententias duxisset supplicandum, victusq; defecisset, nullam habuit licentiam iterum super eadem causa supplicandi, l.s. C. de precib. Imperat. offer. ita quoque semel instituta Revisione omnino ulterius progreedi erit vetitum. Cum enim ne quidem à sententia Cameræ provocare liceat, ordin. Camer. part. 3. tit. 51. nullatenus à Revisorum sententiis Revisionem iteratam instituere, erit concedendum. Absurdum enim foret, judicem superiorem deterioris esse conditionis, quam inferiorem. Sed de hac questione latè vide sup. §. 39. 40. 41.

§. LXVI. Ultimò circa Revisionis effectum erit notandum, quod quemadmodum hodie per R. I. N. præstata idonea cautione nullatenus, petita Revisione, sententia executio fit suspendenda, ita omitsâ illâ cautione, nihil erit innovandum, sed in omnibus perinde ut in appellationis causa erit sub-

fisten-

Attendum, arg. l. un. ff. Appellat. pendent. nih. innov. vid. Bluns.  
in Process. Cameral. tit. ult. n. 21.

§. LXVII. Quoniam loco Revisionis in Camera usitatæ, parti gravatæ à sententiâ in Judicio Aulico lata lictum est ad Cæsaream Majestatem supplicare, quæ Supplicatio licet quo-  
ad formalia ab ipsa Revisione differt, vid. supra §. 20. in effectu  
tamen nihil aliud est quam quædam Actorum Revisio, vid.  
Reichs. Hoffrath's Ordin. de anno 1614. tit. s. & de anno 1634.  
tit. 2. in fin. ubi Judæi & mercatores à Supplicationis seu Revisio-  
nis beneficio arcentur. Capitulat. Novissim. Leopoldin. artic. 42.  
Instrument. Pac. art. s. §. 54. Hinc, num eā interpositâ, prioris  
sententia sit suspendenda executio, non immeritâ queri  
potest? Sanè si inspiciantur textus allegati, præprimis iud. J.  
P. ubi ita habetur: ne partes omni remedio suspensivo desituan-  
tur, loco Revisionis in Camera usitatæ, lictum esto parti gravatæ  
à sententiâ in Judicio Aulico lata, ad Cæsaream Majestatem sup-  
plicare, &c. res videtur esse extra controversiam, cum ibi ex-  
pressè supplicationi effectus suspensivus tribuatur: cui dispo-  
sitioni cum aperte non sit derogatum, meritò illi inhæren-  
dum erit; arg. l. 32. C. de Appellat. l. 27. C. de Testament. In quam  
sententiam etiam inclinant verba Capitul. Leopoldi artic. 42.  
Was auch einmahl in erstgemeldten unsern Reichs. Hoff-  
rath in judicio contradictorio cum debita cause cognitione or-  
dentlicher weise abgehändelt/und geschlossen ist / darben  
soll es fürders allerdings verbleiben / und nirgends an-  
ders/es sei dann durch den ordentlichen Weg der in offts-  
ermeldtem Frieden-Schluss beliebter Revision (welche jeder-  
zeit / quoad processum, nach besag erstgedachten Friedens-  
schlusses / durch unparthenischen Reichs-Hoffräthe / so  
nicht bei Verfassung der vorige Urtheil/ viel weniger Refe-  
renten oder Correferenten gewesen/ aufgefertigt werden soll)

vpon

ED  
S.  
IE

404

von neuen in cognitione gezogen/ &c. Favent etiam eidem  
Joh. Georg. Nicolai in Process. Judic. part. 3. cap. ult. §. 24. & Dn.  
Eric. Maurit. in Exercit. de Judic. Autio. §. 25. ubi quoque preju-  
dicio illam sententiam confirmat. Alii vero effectum suspensi-  
vum Supplicationi non tribuunt, siis, pro quo sententia di-  
cta est, ejus executionem querat, & secundum requisita juris  
communis, juxta; Auth. que supplicatio. C. de Precib. Impe-  
rat. offer. caveat: quā idoneā interpositā, suspensivum ef-  
fectum cessare volunt. Ita Johann. Andr. Gerhard de Autio,  
& Cameral. Judic. discurs. 3. cap. 4. §. 15. Guilielm Roding. d. l. p.  
m. 1011. Sed de hac illustri quæstione Dd. opiniones recense-  
re sufficiat. Atque hinc etiam definiri poterit, quod de Syn-  
dicatu suprà dicere distulimus. vid. O.C. p. 3. tit. 53. §. ult.

### CONTRARIA.

LXVII. Postquam haec tenus, quæ consentaneorum ratio-  
ne potissimum venire possunt, sunt exposita, meritò ad dis-  
sentanea seu contraria esset descendendum. Et licet multa  
hic inseri, & prioribus adjungi posse, me haud lateat, tamen  
cum partim ex consentaneorum natura, dissentaneorum na-  
tura colligi possit, partim præsentis pagellæ angustia omnia  
non exequi, sed tantum degustare permittat, p' imaria saltem  
delibare sustinui. Sunt autem potissima Revisionis contraria  
1. Renuntiatio, 2. Poenitentia, quæ quomodo debeat esse com-  
parata, quando declaranda, & quæ circa eam observanda, cum  
addere non licet, videatur R.I. de anno 1557. §. Vievol ferner  
**Inhalt.** 23 Blum. d.l.n. 27. 3. Præteritio seu omissione solennium,  
de qua vide omnino R.I.N. de 40. 1654. §. In Fällen. 129. Olim  
quidem ob Revisores emanentes Revisio differebatur, verum  
hodie in locum Status emanentis proximus convocatur. d.R.I.  
§. 129. vid. sup. §. 58. Et hæc sunt, quæ rudi Minerva pro  
ingenii modulo producere lubuit.

*Soli Deo laus & gloria, Imperio Romano Salus & Concordia,*  
Erratis veniam.

KD17



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



### Farbkarte #13

JURIDICA 1674 B  
ONIBUS,  
R ANNUENTE,  
DEMIA PATRIA,  
IDE  
, Consultissimo  
isimo,  
E RACHELIO,  
, nec non Juris Natu-  
rissimum celeberrimo,  
examini submittit  
ADOLPHUS  
Slesvicensis.  
OR.  
stitutinis, In Auditorio in fo  
KONFRIED  
UNIVERS  
HALLE.  
ONI,  
euman. Acad. Typogr.  
lae LXXIV.